

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
12 I
6


IANI
DVBRAVII
QVI POSTEA
OLOMVCENSIS EPISCOPVS creatus est, De Piscinis et Pisciũ qui in eis aluntur naturis libri quinque, ut doctissimi, ita ad rem familiarem augendam utilissimi, ad illustrem uirum Antonium Fuggerum.

ITEM XENOCRATIS DE ALIMENTO ex aquatilibus Græcè & Latinè nunc primùm æditus: cum scholijs Conradi Gesneri.



M. D. LIX.




ANVS Dubrauius, posteà se Ioannem Olomucensem nominauit, scripsit satis luculenter historiam Boemicam libris XXXIII. impressis in oppido Morauiæ Prostanna, in officina Ioannis Guntheri, anno à nato Christo MDLII.

IOANNES DEI GRATIA EPISCOPVS Olomucensis, Francisco Thurzoni, eadem gratia Episcopo Nitriensi. S.

LIBELLVM hunc de piscinis, quem instinctu hortatúq; memorandi Stanislai Thurzonis, tui quidem patrui, mei autem patris magis quàm patroni, ab hinc annos benè multos, priuatus adhuc, ad Antonium Fuggerum familiæ uestræ affinitate annexum, scripseram, atq; eiusdem Pontificis mei sententia, ita absolueram, ut author mihi nõ semel fuerit illius quàm primum ædendi. Sed dum ego, meo more, necto moras, méq;, iuxta uetus uerbum sustineo, ut lente festinem, secedit intereà ex hac uita in meliorem locum Deo hominibúsq; probatissimus Pontifex, mihíq; unà cum discessu suo omnem abripit publicandi libelli cupiditatem. Desinimus enim cupere, amissis ijs, quibus ex animo bene cupiebamus. Iacebat igitur præsens libellus eodem funere, quo Põtifex meus, sepultus, præsertim cùm in demortui locum

mihi contigerit succeßio, ut aliam uitam, ita aliam diætam postulãs, atq; id imprimis uetans ne à sacris quibus initiatus essem, delaberer ad prophana studia. uox enim Domini est: Nemo qui manu sua admota aratro, respexit à tergo, aptus est regno Dei. Si non opportuni importuniq; flagitatores me supprimẽdo libello indormientem, uide oro mi Francisce, quo exemplo, quáue ratione ad ædendum excitassent. Exemplum mihi Petri, & Thomæ, cum filijs Zebedæi obtrudebant, quos omnes ad semel omissum piscatum, nihil ad apostolicam functionem pertinẽtem, reuersos esse dicebant. mox rationem super hac re à diuo Gregorio redditam adiecerunt, uerba ipsius ista recitantes: Negotium quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionẽ repetere culpa non est. Quo ego audito ultrà pugnare cõtra desisti, eò procliuiùs, quòd hanc uictoriam ad defuncti memoriam renouandam spectare uidebam: Quam memoriam, quando non minus tu, atq; ego, sanctè colas, monimentum eius præ-

sentem

sentem hunc libellum accipe, qui te, præter ea quæ dixi, dulcis quoq; contubernij, quod cum eodem Pōtifice nostro æterna laude dignißimo complures annos transegimus, submoueat, simúlq; ambos nos inuitet ad rei familiaris curā, sine qua hospitales, ut decet, adesse non uersus hospites possumus, Viue & Vale. Datū in arce nostra Cremsiriensi.

ELENCHVS CAPITVM LIBRORVM DE PISCINIS.

LIBRI. I.

LIBRI .2.

.4. De

LIBRI. 3

a 4

LIBRI. IIII

LIBRI. V

Præfatio

a 5

FINIS.

IANI DVBRAVII

AD ANTONIVM FVGgerum de piscinis Præfatiuncula.

CVM superioribus diebus, Antoni uir clarissime, tuis literis, alteris ad Principem, & Mecœnatē meum Stanislaum illum Thurzonem, alteris ad me scriptis, inuitatus amicè & hospitaliter essem, ut me in Pannoniam ad arcem tuam, quam tibi ære tuo ibidem parasti conferrem, situm illius & statum conspecturus, atq; ita ego, ut desiderabas cùm mea sponte, tum principe submonēte, fecissē, multa statim mihi in ipso arcis aditu ultrò occurrebant ac mox complura alia per quatridui ocium, à Præfecto arci sunt indicata, adeò sæuitia eorū, atq; auaritia, qui eandem arcem antè possederunt uexata & afflicta, ut recreari singula instaurariq; posse, nisi cura magna, maioréq; æris impendio non uiderentur. Sed ubi ad extremum cognoui, neq; pecuniam in sumptū, neq; diligentiam atq; industriam profectò adiu-

ſtaurandum quæ proſtrata ibi aut neglecta iacent, deeſſe: Nihil erat quod amplius dubitarem, quin ita ut oporteret, illic accurarentur omnia. Non ideò tamen ſum ueritus, ne fierem intempeſtiuus, ſi me præterea in aliquam curarum partem immiſcerem: Eius præſertim arcis, quam ſciebam eſſe ab initio conditam et poſſeſsam à conſtantia Bohemiæ Regina, quæ Otagaro Regi, cuius complura in Pontifices Olomucenſes extant beneficia, nupſerat. Delegíq; eam curam potiſſimum, quæ ad piſcinas pertinet, quoniam illas curatione maximè indigere uidebam. De piſcinis autem priſcis authoribus tametſi res non eſt omiſſa, primoribus tamen uix labris eſt delibata: quia ad palatum non faciebant, tum dulces, quòd ſine fructu eſſent, tum ſalſæ, quòd propter ſumptum amaræ: Quēadmodum M. Varro facetè, ut interdum facere ſolet, commemorauit. At contrà ſe habent noſtrates piſcinæ, ut quibus nō eſt tam fructuoſum in latifundijs aliud, quod poſſet facere opes æquabiles: ídq; facilè licebit ei æſtimare

qui

qui piscinas inter alia coluerit. Quare non solùm importunum uideri non debet, sed ualdè etiam opportunum, ut tandem portio fundi opulentissima ex latebris, in quibus hactenus, sine honore literarum, delituit, in apertum proferatur, tuóq; primum, mi Antoni, conspectui exhibeatur, qui primus mihi author fueris illũstrandi piscinas. Etenim anteà quàm tu me ei deliberationi, quæ de re familiari, ad arcem tuam amplificandam facta erat, interesse uoluisti, ne per insomnium quidem mihi in mentem uenerat, ut ego rem piscinariam memoriæ per literas mandandã susciperem. Sed posteà quàm à deliberatione ita negotium, ídq; tuo iussu, agi cognoscebam, ut omnes rationes consilij nostri ad te perscriberentur, in eáq; re quanquam notam satis haberem prudentiam atq; diligentiam tuam, nihilò tamen minus admirabar, in tanta domi forísque cura, támq; uaria & multiplici rerum administratione, tantum tibi superesse studium pernoscendi ea, quorum

procurationem alijs delegasti: atq; ibi simul cũ hac admiratione cupido incessit accuratius de liberata pertractandi, ut studio isti tuo de meliore nota à me satis fieret. Nec defuit domi ad hanc rem celerius conficiendã hortator, Princeps & pontifex meus, tui amantissimus, ut cui tecum, & cum tuis necessitudo intercedat. Hortator autem? immò uerò, quæ eius est comitas, etiam adiutor. Quàm multa ille pro usu & experientia, quàm memoriter, quàm copiosè de piscinis disseruit, ut tanto mihi vberiorem materiã scribendi suppeditaret? Sed quid opus est proœmio longiore? Iam ipse suimet Tibicen erit libellus, utinãq; euiusmodi inflet tibias, cuiusmodi libenter audiunt aures tuæ à Musis non alienæ.

DE PISCINIS EARVMque generibus. Cap. 1



Tq; ut inde narrandi initium sumamus unde libelli uocabulum proficiscitur, nempe à Piscinis: sane non alias hic piscinas uocamus, quàm eas, quas sic diffinire uidetur M. Varro cum ait: piscinas dico, eas, quę in aqua dulci, aut salsa, inclusos habent pisces. Nihil itaq; negotij nobis erit cum quouis alio genere piscinarum: siue eo, in quo homines lauant natántq; de quo Cicero, latioré, inquit, piscinã uoluissem, ubi iactata brachia non offẽderentur: siue cum illis alijs, in quibus iumenta & pecudes adaquari, anseres & anates urinari, lupinũ & cannabim macerari spectamus. Sed earum solum piscinarum rationem in pręsens habebimus, quę uiuos pisces coercent & nutriũt atq; inde à Gręcis ἰχθυοτροφεῖα appellantur: quorum duo genera, idem M. Varro numerat, dulciũ & salsarum. Dulces eas esse dicit, quę in dulci aqua

claufos pifces continent, Squalos ple runq; ac mugiles, ufq; eò à ueteribus fa ftiditos, ut in contemptum eorum adfcribere hic ipfe Varro ifta audeat: Quis nunc nebulo ac Rhynton nó dicit, fua nihil intereſse, utrum his pifcibus ftagnum habeat plenum, an ranis? Quin & ipfas deniq; pifcinas dulces omnes adeò paruifacit, tanquam fructu & dignatione carentes, ut illas à melio ribus ordinibus ad plebem inconditā releget. Salfas porrò nominat eas, quæ in aqua marina Pelagios pifcium greges habent: In hac quondam exiftimati one, tantóq; in honore habitas, ut earū ftudiofi, tum Oratæ, tum Murænæ, ab inclufis eius generis adamatífq; pifcibus, non aliter atq; Numantini & Ifaurici à deuictis gentibus, magno cum ambitu, cognominarentur. Nondum uidelicet illorū, ita, ut noftris feculis, no ta exploratáq; fuit dulcium pifcinarū tam nobilitas, quàm utilitas. Ac primū de no-

de nobilitate illarum disseramus.

DE NOBILITATE PIscinarum, quas in regionibus nostris excolimus. Cap. 2.


Otest ne maius aliud, certiusq; nobilitatis piscinarum dari specimen, quam id sanè est, quod non solùm ipsos possessores amplis censibus & reditibus nobiliores faciat, sed Mensores etiam, curatoresq; ipsarum, ex seruitute aut ignobilitate, in libertatem atq; ingenuitatem asserat? Quàm multos licet apud nos uidere, nuper Vernas aut Agazones, hodie una uertigine, ut est apud Persium, factos Marcos Damas? Nullam aliam magis ob causam, quàm quòd in piscinarum negotijs procurandis dimetiendisq;, insignem operam nauarunt. Imò domini ipsi mediarum facultatum, procurationem piscinarum, tanquam rem splendidam, ultrò arripi-

unt,gaudéntq; laudari ab auditoribus, quoties narrant, se rem suam præclarè ad piscinas gessisse. Iuuat & ditiores honoratiorésq; operi piscinario interuenisse. Incidi adeò non ita pridem in Silesia, in quendam eiusdem regionis Principem, more piscatorum cruribus ocreatum, cum casu iter per aggerem piscinæ facerem: audiuiq; habitum hunc piscatoris, simulq; piscatum talibus propemodum uerbis excusantem: Si Principi uenatio lepusculi non est inhonesta, nescio quamobrem piscatio Cyprinorum & Luciorum uideri debeat pudenda pęnitendáq;. Quid, quòd nec Mathiam Pannoniæ Regem puduit ad diuerticula piscinarum sæpius diuertisse? & cum omnes ferè ante se Reges, qui in Pannonia regnarunt, gloria rerum gestarum uicisset, eundem in hac quoq; piscinaria magnificentia rationem reperisse, qua uel gloriosissimos in Bohemia inceret piscinarios. Ratio fuit, ut

Mariones, porculo marino similes, in piscinam, quam sibi ad arcem Tattam extruxerat, ex Danubio deduci iuberet, gnarus in Bohemia genus hoc pisciũ non inueniri, nec Bohemos ad eam gloriam aspirare posse, ut uiuum Marionẽ in piscinis suis ostendere possent. At ipse Beatrici Reginæ, Legatóq; Romani Pontificis, qui cognatus Reginæ erat, atq; multis ex Bohemia proceribus, paulò minus sexaginta spectãdos in piscina, quã dixi, proposuit. Admirationi inter cætera fuit, quòd captiuitatis impatiẽtissimi, carcerem tamẽ incolumes aliquandiu pertulerint. Cæterum facta mentione piscis Mariani, alienum non fuerit, indicare Plinij locum, undè eiusmodi uocabulum desumpsimus, ut una simul opera, eundem locum, fœdè mutilatum, in integrũ restituamus. Apud Plinium igitur li. ix. cap. xv. ubi de piscibus amnicis, præcipua magnitudine insignibus, nẽpe de Siluro Nilotico, Eso-

ce Rhenano, Attilo Paduano, agit, sic in omnibus ferè, qui ęditi extant, codicibus legitur: & in Danubio mari extrahitur porculo marino similimus: & in Boristhene memoratur præcipua magnitudo, nullis ossibus spinisue interstitis, carne prędulci. Hactenus Plinius. Quis ista, tam malè uidelicet sibi cohærentia támq; absurda, paulò acrioribus intentioribusq; oculis legens, non uideat iniuriã insignẽ factam esse authori? quasi ille ita scribens (& in Danubio mari extrahitur) ipsum mare cum Danubio, res utiq; palàm disiunctas, coniungere uoluerit. Ac mox subijciens (porculo simi limus) porculũ cum pisce, cuius nomẽ ignoraret, cóparauerit: deniq; adijciens (et in Borysthene memoratur præcipua magnitudo) incertum reliquerit, cuiusnam piscis ista magnitudo, inter alios à se nominatos præcipua esset? Sed apagesis hanc tantã negligentiam à uiro óniuum diligẽtissimo & doctissimo. Nos

potiùs

potius negligẽtissimi, qui traditum nobis ab illo uocabulum incorruptum, corrumpere, quàm retinere illud incolume, maluimus. Quod mihi tamen in præsentiarum, posteaquam res se ita obtulit, restituendum, atq; in suum locum, quem (uox mari) trũca & mutila hic intempestiuè occupauit, reponendum uidetur. Sic igitur syncera ueráq; apud Plinium lectio sese habet. Et in Danubio, Mario extrahitur porculo marino simillimus, & in Borysthene memoratur præcipua magnitudo, nimirũ eiusdem Marionis, quandoquidem magnitudo illius & pinguitudo, similiter ut in Pado Attili, ad mille aliquando libras ingrauescit, atq; in hũc usq; diẽ in Danubio dũtaxat, et in Borysthene, amnibus capitur; talis, qualem describit Plinius, nullis ossibus spinisq; intersitis, carnéq; prædulci,

DE VTILITATE.
piscinarum Cap. 3



tilitatis piſcinarum tametſi multa ubique locorum exempla occurrunt (nemo enim apud nos ſine magna utilitate eas colit,) omnium tamē maximè memorabile exemplum videtur Jani à Berenſteino, Bohemiæ atq; Morauiæ Procerum ditiſsimi. Hunc igitur ego certum habeo ex reditibus tantummodo piſcinarum, quas in Bohemia & Morauia, atq; Sleſia poſsidet, anno ſupperiore, amplius duodecies ſeſtertiûm accepiſse, hoc eſt pecuniæ ſummā maiorem, quàm erat, qua Senatores & Patricij Romani, uel ab ipſo Auguſto Cæſare, q cenſū auxerat, cēſi fuerūt. Cōfer nunc cū Iani piſcibus, L. Luculli piſces, quos M. Cato, dum tutorem pupulli eiusdem Luculli agit. (nam ipſe Lucullus non in precium, ſed in delicias piſces nutriebat.) quadringentis ſeſtertijs, id eſt, cenſu Equeſtri, uendens, adeò luculenter exiſtimatus eſt rem geſ

ſiſſe

fuiſſe, ut illam ſummã M. Varro, pòſt Columella, deinde Plinius, inter exempla referendam cenſerent: cùm apud nos longè maiorem in ſingulos ferè annos idem Ianus in arcam reponat. Vnde ſatis ſuperq; poteſt liquere, quàm utiliter piſcinæ in noſtris regionibus excolantur. Adijciemus præterea tamen & Vilhelmi à Bernſteino, eiuſdem Iani Parentis ſententiam, ſuper piſcinis. Rogatus erat, ut diceret quodnam prædiũ iudicaret eſſe maximè fructuoſũ? Id quod piſcinis ſcateret, reſpondit. Ac fortè tunc coràm, duo ex Equeſtri ordine aderant, quorum alter prædium piſcinis uacuum, quadringentis ſeſterts, alterſuum, cum piſcinis, dimidio minus emerat, atq; uterq; compari ære alieno pręgrauabatur. Ibi Vilhelmus: audeream, inquit, paciſci, cum quouis uerum. (circumſtabant autem complures) depoſito etiam in pignus, non uili pignore, quod certè minimè facerem,

si penitus mihi notas exploratásque non haberem piscinas, fore, ut hic ex piscibus uenalibus, quam iste, ex fœno, hordeo, & oleribus, multò celerius, omne æs alienum cum fœnore diluat: Adeò piscium quàm aliarum rerum uectigal maius habetur. Nunc addite (inquit) quod piscinę, neque opera multa, neque impensa coluntur, quemadmodum cætera in fundo, quòdque minimè omnium tempestatibus calamitosæ reperiuntur. Denique mihi, ad eas, quas me habere uidetis opes, aditum inprimis piscinæ fecerunt, hodieque tributum quàm uberrimum mihi pendunt. Cùm non modò uerba tanti uiri, sed res quoque ipsa, & diuitiæ ex piscinis comparatæ, fidem orationi facerent, assenserunt omnes, utilitatémque piscinarũ cæteris ex fundo commodis prætulerunt. Sed post explicatam piscinarum tùm nobilitatem, tùm vtilitatem, congruens est, ut originem insuper earum demonstremus.

DE

DE VETVSTATE ET origine piſcinarum. Cap. 4.



Caſſius Hemina uetuſtiſſimus annalium author, piſces marinos in mari captos in uſu fuiſse protinus à cõdita Roma, prodidit, nulla piſcinarum mentione facta, cùm nullas adhuc Romani frugaliores nouerint. Longo dein temporis interuallo, Sergius Orata, quem Cicero Magiſtrum Aſotorum uocat, poſt multa ſęcula, ne gulam Neptuni arbitrio, ut Val. Maximus ſcribit, haberet ſubiectam, primus peculiaria ſibi maria excogitauit, æſtuarijs intercipiendo fluctus, piſciumque diuerſos greges, ſeparatis molibus intercludendo, ut nulla tam ſæua tempeſtas incideret, qua non oneratæ menſæ uarietate piſciculorum abundarent. Idem primus Oſtreis Lucrinis optimum ſaporem adiudicauit. Primus item uiuaria oſtrearum

in Baiana regione inuenit, ætate L. Craſſi oratoris, ante bellum Marſicũ: Qua quidem ætate prior Licinus Muræna, reliquorum piſcium uiuaria reperit, ut legere eſt apud Plinium. Horum deinde exemplum ſecuta Nobilitas, maxima pecunia ædificatas habebat piſcinas. Hortenſius ſuas ad Baulos, Lucullus ad Neapolim, ubi monte etiam exciſo, maiori impendio, quàm uillam ædificauerat. Euripp ũ & maria refrigerãdis piſcinis admiſit. Vnde à Pompeio magno, Xerxes togatus, eſt conſalutatus. Ipſe porro Cicero omnes eos, qui nimium piſcinis dediti erant, uno uocabulo Piſcinarios cognominat, ita ad Atticum ſuum ſcribens. Tum autem beatos homines hos piſcinarios dico, amicos tuos non obſcurè nobis inuidere. Et alibi: Noſtri autẽ principes, digito ſe cœlũ putãt attingere, ſi Mulli barbati in piſcinis ſint, q ad manũ accedãt cuiuſmodi piſces Hortenſius habebat.
De

De quo Varro: celerius, inquit, uoluntate Hortẽsij ex equili educeres Rhedarios, ut tibi haberes mulos, quàm è pisci na barbatum Mullum. Idem Hortensium Murænam adeò dilexit, ut exanimatam flesse credatur. Dicerem ob tàm intempestiuam animi mollitiem, dignum planè esse censura, nisi ante eum L. Crassus Censor, murænam item mortuam, non secus ac unicam filiolam atratus luxerit, ut facilè appareat, hos pisces cũ ipsis piscinis ad oculos magis, quàm ad Vesicam, pertinuisse, & potiùs marsupium domini exinanisse, quàm replesse. Primùm quòd ædificabantur magno, secundò quòd implebantur magno, tertiò quòd alebãtur magno, quemadmodùm bellissimè scriptum reliquit Varro. Cæterùm quòd ad nostrates attinet, ut non est promptum affirmare, à quo primum institutæ, & quo tempore esse ceperint: ita satis constat, antiquissimum illarum usum in Bohe-

mia & Morauia fuisse, atq; inde uelutè fontibus, disciplinam illarum ad uicinos Slesitas, Polonos, Vngaros, manasse. in nostratibus autem piscinis palmã Cyprinus & Lucius pisces, obtinent.

DE CYPRINO. Cap. 5

Hæsitaui aliquandiu, fateor, num eum piscem, quem vulgus Carponem uocat, Cyprini uocabulo appellarem. Hęsita ndi causa mihi fuit, quòd Cyprinum Plinius piscem uult esse marinum, Sed nec Oppianus de illo secus, atq; de marino, suo carmine cecinit, addiditq;, quinquies eum fœtum uno anno ædere. Plinius uerò sexies; cùm de Carpone opinio sit, semel eum in singulos annos, aut ad summum bis parere, stagna pręterea & amnes passim frequentare. Sed hanc meam hæsitationem, huncq; scrupulum animo meo iniectum, libri

tandem

tandem Aristotelis de natura animalium inscripti, mihi exemerunt, in quibus Aristoteles, ipsum quoque Cyprinũ aliquoties, non inter marinos solùm pisces, sed etiam inter fluuiatiles, & lacustres numerat, & præterea ad eam prorsus imaginem, ad quam factus est Carpo, eundem Cyprinum depingit, cum quaternis in capite utrinque branchijs, cum palato carnoso, cum lingua quoque carnea & adhæsa, cum uentre pleno ouis, milij magnitudine: dein ad eum etiam modum, ad quem Carpo solet, Cyprinum iuxta littora stabulari, & cum parturiat, uada petere, canisque exortu syderari, ostendit: quæ pariter omnia Carpo sustinet: quia non solùm par sed unus atque idem cum Cyprino, solo quidem uocabulo, non autem natura discretus. Et quoniam uox Carponis barbara habetur, meritò ob eam rem uidetur esse explodenda, & in locum eius Cyprini substituenda, quæ tum à

Græcis tùm à latinis promiſcuè uſurpá tur. Nec eſt, quòd partus quenquam moueat, ſi eò ſæpius in mari, quàm in piſcinis reſoluatur. Nam cur id uſu illi ueniat, ſuo poſt tempeſtiuiùs dicã loco? Nunc magis iuuat mores Cyprini & dotes contemplari, quòd ita à natura factus & moratus ſit, ut ſine ullo maleficio uerſetur inter piſces cæteros, nulli ꝗ; prorſus aquatilium noceat. Nec enim os illi reſciſſum, aut dentibus armatum, ſed compreſſum & blandum, atq; in annuli modum, quoties hiat, rotundum, coloratumq; ineſt. Inſunt & dentes in ore gemini duntaxat, ijdemq; obtuſi. Sed & ſpinæ dorſi hebetes, & pinnæ ſupina parte molles, ac toto corpore lorica, ex continuato ſquamarũ cõtextu, leuis: talis & cauda, quam biſſulcam geſtat, eadémq; uelut remigio piſcinas placidè peruehitur, ibidémq; in piſcinis ſuo ſucco uiuit, abſq; domini ſumptu: quin ipſi inſuper domino

mino hanc dotem affert, quòd de suo saginatus, illùm delicatè pascit, dulci et suaui corporis sui pastu, siue ille eum sibi assum, salsúmue, siue patinarium cóndiuerit.

DE LVCIO. Cap. 6


ucij quoq; piscis nomen antiquitus non uidetur admodum fuisset celebre. Vix enim Ausonio antiquiorem dabis authorem alium, qui ita illum nominauerit. Sed & Ausonius casu quodam ridiculè potius, quam aliqua ratione, à Lucij cuiusdam prænomine deductum esse, in sua Mosella hisce uersibus canit:

Hinc etiam Latio risus prænomine cultor
Stagnorum, querulis vis infestißima ranis
Lucius, obscuras ulua cœnóq; lacunas
Obsidet, hic nullos mensarum lectus ad usus
Feruet fumosis olido nidore culinis.

Sic olim forsitan: at nunc Lucius in focis sané illustribus feruescit, legiturq́ in usus mensarũ quantumuis nobilium nó tamen is, qui ranis sit pastus, aut cœnosis lacunis mersus, sed qui in piscina fluminibus peruia, ideòq; graui ódore uacua, fœtu Cyprinorum alitur saginatúrq;. Nam, uti apud Martialem est:

Non omnis laudem preciúmq; aurata meretur
Sed cui solus erit, concha lucrina cibus.

Sic laudatissimus habetur sapidissimus q; Lucius, cui Cyprini soboles, esca in piscinis fuerit: Celerrimè enim ex illa simulq; tenerrimè perglíscit. Nec dubiũ, quin si ita pastum Ausonius degustasset, moderaturus sibi fuerit à tam intemperanti conuitio. Natura autem & ingenio, Lucius pariter fermè moratus est, vt lupus quadrupes, nam similiter uiolentus & rapax, & maleficus habetur Atq; adeò immanis, ut esuriens, non raro in suum quoq; desęuiat genus, nec, nisi etiam in extrema fame, terreno pabulo

pa·ulo uescitur. Hinc lupum pleriꝗ; libentiùs, quàm Lucium cognominant: Quando inter pisces quoꝗ; lupos, non unum, sed diuersa genera luporum reperiantur, uel Columella teste, qui lupos pisces, qui sine macula sunt, magis quàm uarios, includi piscinis suadet. At rogauerit forsan aliquis, quid causæ sit, cur Lucium, quem prædonem atꝗ; sobolis Cyprinorum pestem esse sciamus, nihilominus in piscinam illum inducimus? Nimirum, ut eandem piscinã fœtu piscium superuacaneo inutiliter exuberantem, illo immisso, leuemus, quò cæteri, qui incremento & saginæ destinati sunt, Cyprini, dum liberaliùs per infrequentiam, pascũtur, celeriùs etiam nobis grandescant & crassescant, atꝗ; ita deinde cum ipsis pariter ex sagina obesioribus Lucijs uendantur cariùs. Quòd si piscina examinibus piscium, nuper æditis, libera fuerit: nec opus, nec utile est, ut oues (quod dici-

tur)lupo comitas. Non mihi tempero, quin ſpectaculum,quod ad uiuaria arci Cremſirienſi ſubiecta, dum Staniſlaum Thurzonem Pontificem meum aſſector,à me oculis tunc ſpectatum,nũc uerbis quoq; hoc loco ſpectandum repræſentem . Deliteſcebat in latebris ripæ uiuarij,diſcors Lucio Rana,cum fortè Lucius otioſo ſimilis,leui caudæ motu ſummas uiuarij aquas ultro citróq; ſulcaret, quoad tandẽ ad locum , quẽ inſidijs faciundis rana cœpit ,propius appelleret:non omiſit,benè gerẽdæ rei occaſionẽ Rana, ſed ſimul atq; facultatem aſſiliendi hoſtis ſibi oblatam uidit ita ut erat ſinibus buccarum inflatis,oculíſq; præ ira flagrantibus, repentè in caput illius inſilit, latéq; diuaricatis pedibus,frontem circũplexa (uide ſolertiam animalculi)in ipſos præcipuè oculos Lucij inuadit, molliſſimáſq; et chariſſimas lácinat partes: at ille dolore exagitatus modò citato ꝑ undas curſu ferri,

ri, fluctúsq́; circũ se cõcitare, modò uertigine rotari, modò fruticum & harũdinum, quæ in uiuario subnatæ emicabãt, attritum quærere, si quo pacto malè cõciliatũ, nullarúmq́; præ se uiriũ insessorem, fronte excuteret. cęterùm omnes eius conatus incassũ cadebãt, tàm mordicus eandem frontẽ Rana obtinebat; támq́; pertinaciter pœnas ab auidissimo corporis sui vexatore exigebat, donec torpescentibus, ex multa lucta, uiribus, ipse Lucius uictus succubuit, séq́; ranámq́; unà, in ima gurgitis demersit. Adhuc nobis omnibus, qui aderam⁹ eodem loci subsistẽtib⁹, luctatorésq́;, q̃ iucundum nobis spectaculum de se exhibuerant, oculis requirẽtibus, ecce tibi, Rana subitò in altum exilit, moréq́; uictorũ ouans, coaxans, uituláſq́;, rurs⁹ se in palatia sua recepit. Imperat extẽplò Põtifex, acciri piscatores, q̃ Lucio retib⁹ inuẽto, in lucémq́; ꝓlato, cognoscẽdi potestatẽ facerẽt, q̃dnã cum

illo demerſo actum eſſet, atq; miſer ille utroq; lumine orcus extrahitur, nó ſine omniũ noſtrũ admiratione: at piſcatores uetãt caſũ mirari, ſe enim crebrò talibus certaminibus interuenire, ſæpe numeróq; à Ranis Lucios excęcatos, atq; eoſdẽ emaciatos, piſcari, quoniã amiſſis oculis uenari ſibi piſces nequeũt, ſed ſterili tantũ arena uẽtres ſaburrãt.

DE NOMINIBVS ALIOrúmq; piſcium, qui in piſcinas ultrò illabuntur. Cap. 7

NON eſt ſine ratione factum, quòd de Cyprino & Lucio ſeparatim commemorauimus. Vterq; enim eorum, magisq; adhuc Cyprinus, ex illo numero piſcium habetur, cuius inprimis gratia piſcinas ædificamus. Partim igitur honoris amborum cauſa, quando ambo tanq̃ legitimi coloni in colonias piſcinarias deducuntur: Partim etiam, ut futuri piſcinarij, naturam & mores utriusq; piſcis cognoſcentes, ſimul notum

notum haberent, quónam modo utrũque pro moribus suis tractarent, de utroque seorsim egimus. Nunc in uniuersum restat dicendum, de aduenis & peregrinis piscib⁹, qui nullo deductore, sed sua sponte, cum ipsis fluminibus in piscinas illabuntur, illapsíque sicut numerum piscium in piscinis, ita piscinariũ quoque inde tributum adaugent. Horum de grege sunt, ut Ausonij uersiculos ex Mosella, uel truncatim, persequar:

--Virides vulgi solatia Tincæ
Mox etiam Alburni præda puerilibus hamis,
Stridentésque focis obsonia plebis Alausæ:
Et Perca mensarum deliciæ?
Prospexíque iubas imitatus Gobio Barbi.

Quin ipse adeò Barbus cum Labro pisce (quem Plinius à cauda placere scribit) interdúmque & Anguilla cũ fluuijs piscinas subit. Cum riuulis autem Halecculæ riuales, Mænulæque & Cammari, ac cæteri eiusmodi minoris incremẽti pisciculi. Nam piscis, quẽ Bohemi Pitruſ-

ſam uocant, in piſcinis frequens, non alius eſſe, quàm Cyprinus creditur, ſed degener, & uelut abortiu9, quanq̃ in cibo haud ingrat9, præſertim ſi in craticula torreat. Nec Charax forma ſtaturáq; multùm à fœtu Cyprini abſimilis, niſi quòd paulò latiore corpore diſtendatur, & dorſum habeat aſperioribus ſpinis uallatum (unde ei nomen) quódq; iuxta caudã, ſquamis inauratis magis impalleſcat. Sed & marinus Charax tergo caudáq; auri ſimilitudinẽ gerit, ac prętereà purpureis cingulis purpureíſq; oculis, ut Aelian9 prodit, illuſtratur. Quorũ neutrũ in noſtrate inuenias, ſed neq; dentiũ extanttiũ ſeriem. Hũc vernaculũ Characẽ piſcinarij, qui farturæ Cyprinorum conſulunt, ne unquam in eadem piſcina cum Cyprinis commiſceant diligenter cauent: quod vel tantillus Charax audeat & ualeat tantum præ ſe Cyprinum paſcuis depellere, nec tanti ipſe tamen diſtrahi, quanti Cy-

prinus

prinus poteſt. Ad hunc igitur modum principia de piſcinis ſe habent: nunc reliqua deinceps ſuo ordine conſiderabimus.

LIBER SECVNDVS.

PRAEFATIO.

Poſteaquam ſatis abundè libello priore, ut opinor, ea proſecutus ſum, propter quæ piſcinas habere, atq; ædificare utile ſit: ipſa narrationis ſeries exigit, ut in hoc ſubſequenti libello, ædificandi illarum ratio demonſtretur, ne, ſi omiſſa ratione, euentum, qui ſtultorũ Magiſter eſſe perhibetur, ſecuti fuerimus, malè ob ſtultitiam mulctemur, poſt acceptum uidelicet tandem damnum errata corrigentes, cùm anteà prudentes cauere conueniat, quàm opus inſtituant, ne quid eorum per errorem committant, quæ niſi cum noua impenſarum iactura corrigi nequeant. Nihili gitur pœnitẽdũ cõmittemus, ſi regulas aquarias, quæ perlibrandis aquis inſer-

uiunt, si proportiones & symmetrias, quæ excitandis in piscinis aggeribus necessariæ sunt, in consilium adhibuerimus. Nam ijs adhibitis, nec minus loci ad ædificium piscinarum, quàm res postulat, nec plus quàm opus sit, sed id quod oportet, occupabimus: Ignotas uerò aliquando has symmetriæ rationes illis, qui primi authores piscinarum apud nos extiterunt, fuisse, argumento fuerit, quòd hodie quoq; multa in antiquis piscinis reprehenduntur & desiderantur, ac subinde in meliùs renouantur, & ad legitimum commensum rediguntur, magistra, quam diximus, Symmetria. Sed eam, qui se nunc in piscinis dimetiendis exercent, non secus atq; quôdam Iurisconsulti Fastos dies, occultam & tacitam habere cupiunt: nimirũ, ut ad eos, tanquam ad oracula, uulgus piscinariorum cônsultum confugiat. Ignoscent tamen eiusmodi nobis, si ad Gn. Flauij imitationem hic

nos

nos composuerimus, & quemadmodum ille singulis diebus ediscendos Fastos populo proposuit, ita nos quoq; rationes eorum, qui ad commensum piscinas architectantur, omnibus in medium proponemus, cornicúmq; hic oculos, similiter ut Flauius in Fastis (Cicerone prodente) configemus: Inprimis tamen situ piscinarum explicato.

DE SITV ET POSITIONE ac ædificatione piscinarum.

Cap. 1

COlumella piscinarum mentionem faciens: Huius autem, in quit, rei quasi primordium est, naturam loci contemplari, quo piscinas facere constitueris. Rectissimè hæc Columella: quippe ea demum piscina benè facta erit, quæ loci naturam, sitúmq; ei congruentem, nacta fuerit. Natura loci pinguior, quàm macrior, succulentior quàm aridior, rarior quàm densior, ma-

gis habilis piſcinis Cyprinorum, qui ter reno maximè aluntur paſtu, habetur. Non minus probabilis eſt, glareoſa, cal culoſa, ſabuloſa, ſi tamen hæc ſingula pingui glebę permixta fuerint. Nam ea dem nuda ieiunáq; valdè reprobantur, propterea quòd alendo Cyprino, mini mè ſunt accómodata: Repudiandus eſt ſimiliter locus ſcaturiginoſus, & in quo ſemper vligo cœnoſa conſiſtit, vt in cu ius ſuggillationem paſſim, uice prouer bij, iaciamus: qui in luto ſeminat, lu tum metet. Ipſe uerò ſitus ad piſcinas e rit aptiſſimus, qui ſe planicie æquiſſi ma, aut exiguè prona & deuexa, ſpaci oſiſſimè in campo, uel prato, vel nemo re, explicauerit. Nec eſt, quòd te iactu ra hordei, fœni, lignorum à propoſito deterreāt: nam ſi ad vtilitatē rationes tu as dirigis, carior ęſt metreta Cyprino rum, quàm meta fœni, aut manipulus hordei, et lignorum: modò uide, vt ad cóſtitutam piſcinam, fluuius proximè ad

adfluat: quòd si ille aberit,

at aliquid fontes, & stagna uirentia musco
Adsint, uel tenuis fugiens per gramina riuus:

quoniã sine humore uita pisciũ planè caduca. Proin audacis est in siccaneis locis piscinas ponere, solásq; de cœlo aquas expectare, qñ sępi⁹ pluuiæ, ac præsertim in æstate cessare, piscésq; interim, aquarũ defectu, interire soleãt. Quocirca nõ improuidè ueteres agebãt, q plerũq; in locis littori uicinis, suas cõstituebãt piscinas, ne vnq̃ copia aquarũ destituerentur. Sed neque tanto locorum delectu illi, neq; eo, quo nos, modo piscinas ædificabant. Illi enim petras & saxa, aut loca sterilia, & ex quibus, propter exilitatem soli, nullos alios fructus percipiebant, excauandis piscinis deligebant, quia de suo alimentum suppeditabant piscibus inclusis: Nos contrà nullũ magis, quàm sterilẽ & calamitosũ locũ refugimus: quia talis maximè Cyprino aduer

ſus, cũ ſucco terreno careat, ũde alit & pingueſcit Cyprin⁹. Illi rurſ⁹ piſcinis ſuisaltè perfoſſis ripas quoquòuerſũ circundabant, nec ſecùs aquas clauſas in eis, atq; in puteis fieri ſolet, pari circum undiq; libramento tenebant: At nobis nihil minus expedit, quàm habere piſcinas nulla parte uadoſas. Vada enim amat noſter Cyprinus, & in uadoſis paſcitur locis. ibidémq; fœtificat: idcircò ut huic piſci reſpondeant piſcinæ, modus earum formáq; ita conſtituitur, ut extra aggerem, quem à fronte, Lunæ modo, in cornua curuatum, interdum etiam à latere ſecundum flumen rectũ, admerſis apponimus aquis, nihil prætereà habent clauſum, ſed ſine ullo obice & ſine ullis ripis patent omnia, liberéq; per planum & apertum ſolum, aquæ diffunduntur, uſq; ad extremas oras, à libratore in piſcinis præſcriptas.

DE LIBERANDIS AQVIS in piſcinis, & inſtrumentis adhunc


uſum

usum appositis. Cap. 2

Libratoris officium est, ut is locum ponendis piscinis aptum, crebra itione, inspectionéq; reuisat, & posteaq̃ ille sæpius inspectus, satis placuerit, tumdeinde libellis aquarijs aduocatis, futurum, ut in illo aquarum fastigium perlibret, ac mox iudicet, quàm altè pro fastigio aquarum restagnantium agger in piscina, attolli debeat. Libran-tur autem aquæ, Vitruuio authore, Dioptris, aut Libris aquarijs, aut Chorobate, sed diligentiùs id effici, idem Vitruuius per Chorobatem ait, quòd Dioptræ, Libræq; fallant. Eius Chorobatis exemplar lib. viii. benè multis uerbis, & ipso insuper schemate, depingit. Habemns nos quoq; illum in usu quasi promiscuo, sicut libras etiam, sicut item Dioptras, ab eodem descriptas. Sed quisnam est, qui Chorobatem longum circiter pedum uiginti, facilè secum per uias circumferat? igitur nos

Dioptræ machinulam haud maiorem palmis duobus, qualem vel in ipsa crumenula quisque secum, quoquo libitum fuerit, gestare, ac statim piscinam metiri poterit, in medium producemus. Ea sic conficitur: lamella ex ære, aut è ferro longa digitos septem, vel octo, lata digitum annularem, æquissimo læuore ducitur. eique ancones in extremis capitibus, æquali item modo læuigati, atque in medio perterrebrati, ut uisum transmittant, apponuntur: pòst in latere medio, uirgula ferrea prominet atque orbiculum in apice, & paulò inferius suspensum filo perpendiculum sustinet, ad eum ad quem uides, effinximus modũ. Dioptra autem piscinarij, vt fundamento artis suæ, utuntur, haud ignari, falsa iudicia habere oculorum aspectus, si regula destituã tur.

Schema


Schema Dioptra.
Pertica
D
Stylus
A
B
C
D
E
Lamella
Ancones.
Virgula
Orbiculus
Perpẽdiculũ
C
A
A
B
E
B

Si quando igitur Dioptra ista uti in per librandis piscinis uolueris, fac ut primùm Perticam, certa cubitorum mensura dimensam, ad manum habeas, tum deinde, ut eandem Perticam eò loci solíq; constituas, unde commensum auspicaberis, ubi id peregeris, stylum ferreum in illam ipsam Perticam, ad certam rursus cubitorum mensuram, defiges. Ex quo stylo Dioptra tibi orbiculo suo suspensa pendeat, sed ad perpendiculum. Neq; enim aliter certam significationẽ faciet, nisi rectè atq; æquabiliter fuerit appensa, & mox ad oculum qua parte ancones fenestrati sunt, admota. Debet etiam tunc dies placidus, & à uentis trãquillus, eligi. Quò minus enim uentorum flatus regulam interpellauerint, eò celeriùs ac meliùs librãtam habebis piscinam. In qua si pusilla tibi metienti area occurrerit, vno protinus intuitu perlibrátum aquæ fastigium uidebis, sin maior area obuia fuerit,
quàm

quàm ut ſemel tota ſub conſpectum ue nire poſſit, aut eandem fortaſſe ſyluæ quoq; inũbrauerint, & impediuerint. tum à primo gradu, tantum ſpacij perlibrabis, quantum oculus uidendo aſſequi ualebit, atq; ita deinceps in ſecundo gradu, pòſt in tertio facias, donec ſuſceptum opus abſolueris, ſemper in fine cuiusq; ſpacij, altitudinem, quam Dioptra ſingulis interuallis oſtenderit ſingulari numeri nota adnotans, ut tanto certiorem tibíq; notiorem à primo gradu usq; ad vltimum totius areæ cómenſum habeas, ſciásq;, quàm altum aggerem, iuxta eiusdem commenſum in piſcina te extollere oporteat. Nam ut exceſsiſſe, ita non impleſſe officij partes, minimè officioſũ, ſi officiũ à ratione & modo, unde oportet, deducimus.

DE SYMMETRIIS AD quas agger attollitur. Cap. 3

Post aquas perlibratas, sequitur cura excitandi aggeris, qui easdem aquas mole opposita coerceat, & contineat. Cæterùm non temerè, sed ad Symmetriam exaltari agger debet. Symmetria autem eius facilè ex modo & forma colligitur. Modus altitudinis in aggere est, ut ne minus uno cubito, néue multò plus duobus, supra fastigium aquæ sublimetur. Ad formam uerò eius, quam perpetuò sic obtinet, ut paulatim trahat angusti fastigia Coni, (quemadmodum cecinit Lucretius) in hũc modum proportio instituitur, ut quanta altitudo aggeris fuerit, tanta eiusdẽ latitudo fiat, eò loci, quò agger in Conum supernè contrahitur, & ter tanta crassitudo, ubi idem agger in fundamẽto dilatatur. Atq; ut ista res exemplo magis liqueat: Faciamus ut agger in altitudinem trium cubitorum exaltetur hic ut suam retineat Symmetriam, tres item cubitos in superiore superficie, &

nouem

nouem in inferiore fundamenti planici e habere debebit. Perpetuò uidelicet ratio Symmetriarum in aggere erigendo, id postulat, ut quem numerum cubitorũ altitudo eius complexa fuerit, eundem latitudo, quæ in culmine dilatatur, ut comprehendat, ac ter tantum spacij fundamento semper attribuitur. Videtur autem & ipsa natura hanc rationem comprobare. Quæ, ut Vitruuius meminit, hunc statum omnibus ferè arboribus attribuit, ut crassescant à radicibus, & paulatim in altitudinem se erigentes, coarctentur, propterea quòd oneri ferendo, quæ inferiora sunt firmiora debent esse, quàm superiora. Cæterùm de longitudine aggeris data opera dicere supersedimus: Quia quàm longum illum esse oporteat, id modus uidelicet ac laxitas piscinæ definiet. Laxior enim piscina longiorem aggerem, contractior breuiorem desiderat, atq; utrumq; spacium, quando Symmetria

non indigét,quiuis unus è populo, metiri sibi illud facilè decempeda,uel funiculo potest.

DE FVNDAMENTO AGGeris & superstructione Cap. 4

QVum primùm excitãdi aggeris exordium,sicut aliorum quoq; ędificiorum, in fundamentis consistat: uidetur esse consentaneum,ut ab initio etiam ponendorum in piscinis fundamentorum ratio tradatur.Nam inueniuntur nonnulli, qui fundamentorum cura omissa,aggerem in summo statim areæ cespite erigere incipiunt:sed perperam,quoniam sine fundamẽto positus agger,nunquam non,uel aquis perstillat, vel perfluit, interdum etiam ex nimio & asiduo humore præceps ruit prosternitúrq;.Sunt rursus alij,qui fundamenta moliri eatenus satis habent, quatenus in terram ductus aratro uomer deprimitur:Ac fateri necesse est, ta

le opus

le opus non malè sæpius succedere, si pinguis tenáxq; humus exarata fuerit Sed qui impensas haud reformidant, firmitatíq; aggeris in posterum consulũt, ad has rationes cõfugiunt. Ante omnia spacium fundamenti cubitis metantur, mox locum in piscinas proniorem cãnalibus atribuunt, ut tantò facilius aqua per illos, quoties opus fuerit, ex piscina delabatur. Postea limitem introrsus, aggerem iuxta perpetuum ducunt, in quo piscatores per tempus piscandi stare ambularéq;, & retia colligere, cõmodè queant: Ac tum demum fundamenta in medio areæ dimensæ proscindunt effodiúntq;, lata tribus aut paulò amplius cubitis, profunda item tribus, si macrum solum arenosúmq; obuium fuerit: sin mediocre se obtulerit, dimidio minus infodiunt, motámq; & egestam humum rursus in fossam regerũt, eãdémq; crebra fistucatione consolidant, quò ualentiùs robustiúsq; perco

lationibus aquarum resistat. Residuum terræ crudæ, in area fundamenti relictæ Bipalio inuertunt, ut cum terra, quam operæ, ad exaltandum aggerem, carruculis conuehunt, promptius coeat & conglutinetur. Paulatim autem agger exaltari átque superstrui, & ubique locorum per iustas Symmetriarum rationes componi debet, donec iustam altitudinis mensuram adimpleat. Qua in re ne supinis fortasse nobis & negligentibus operæ conductæ imponant: Exactor peritus & circumspectus erit adhibendus, qui subinde nouum opus circumspiciat, ut æqualiter pro sua ubique proportione succrescat, ne in ullam partem promineat ruinæ obnoxiam, ne in rimas abeat, néue lacunis desidat & dehiscat, sed ut potius crebris carrucarum uectionibus, pedúmque impressionibus, agger conculcetur & consolidetur. Faciunt enim hoc sępius operæ, ubi custos abest, quò celerius uidelicet,

minoréque

minoréq; labore agger illis assurgat, ut nunc in cauo loco stipitem, truncúmq; arboris grandiorem, adobruant, nunc inanitatem huiusmodi summo tantum módo cespite contegant, præsertim ubi redemptum minore precio opus moliuntur.

QVEMADMODVM AGgeris areas metiri, & exinde locare opus debeas. Cap. 5

NE quis per imprudentiã nostrã iñ conducẽdo nouo in piscinis ope re, nos capiat fraudẽtq; : expedit nosse ratiociniũ, ad areas in piscinis dimetiẽdas, excogitatũ, per quod locatorũ cõ ductorúmq; fraus omnis excludit. Id uerò duplex in usu habetur, eorúmq; alterũ Funiculis, alterũ arcolis innititur. Funiculus duos & quadraginta cubitos in longum complectitur : Arcola quarta parte minus, id est, cubitos decem & semissem, compræhen-

operas conductitias, quantò longius à limite progrediuntur, opúsq; conductum suo ordine persequuntur, tantò maiorem ex longiore spacio capere illas laborem: Sed ne hic quoq; fraus & impostura interueniat, rursus exactor aduocabitur, qui cubitum unáq; regulam fabrilem, qua cementarij passim in pauimentis latere sternendis utuntur, in promptu habeat. Et ipse quidem cubitus, intra cauum areæ demissus, continuò ostendet, an satis ad suam mensuram area sit depressa: Regula uerò, an æqualiter ab omni parte sit humus ex areola emota euectáq; Tantum de prima locandi ratione. At altera, quæ ex funiculo ducitur, ut priore est subtilior, ita nonnisi peritioribus in hoc artificio cognita: semel enim unáq; summam de toto opere decidit, quia quantum terræ extollendo aggeri opus sit, antè exploratum habet, quàm agger extolli incipit. Sed & in ista ratione demonstranda, fa-

cillimum nos uel imperitis ad compræhendendum sequemur experimentum id huiuscemodi est: Vt numerum duarum latitudinum in ipso aggere, in fine videlicet fundamenti, cum suprema fastigij componas. Exempli causa: si fastigium in aggere cubitos habuerit latitudinis quinq;, ipsum fundamentum ex ratione, quam anteà ostendimus, cubitos habere quindecim debebit. Fient ex utraq; summa simùl composita, cubiti uiginti, horum dimidia pars est decem, quæ cum altitudine aggeris, id est quinq; cubitis multiplicata, efficiet cubitos quinquaginta. Eáq; rursus longitudine funiculi, id est, duobus & quadraginta cubitis multiplicata, efficiet bis mille & centum cubitos. Hactenus multiplicatio suum habet progressum; hanc subductio consequitur, quæ hic fit per centenarium numerum, qualem una quælibet areola p cubitos dimensa obtinet, extra semisses, qui hoc loco

non ca-

non cadunt in æstimationem facti ope
ris. Centum igitur toties, quoties habe
ri in tota summa superiore possunt, de-
tracti ex residuo numero, unum & ui-
ginti superabunt: totidem igitur dice-
mus aggerem longitudinis unius funi-
culi, altúmq; quinque cubitis, areolas
pôscere, ut ad dictam perueniat altitu-
dinis mensuram. Nunc si posito ad ip-
sas areolas (ordine quo diximus) calcu
lo, rationes singularum supputaueris,
dein omnium precium in unum nume-
rum coaceruaueris, fiet in funiculum
hunc consummatum operæpreciūm,
aurei quatuor & argentei nummi no-
uem. Atq; eo precio locari debet præ-
sens funiculus, deinde alius quisq; pro
suo ratiocinio iam indicato. Nisi fortè
accideret, ut caritas annonæ, aut diffi-
cultas operis faciundi, quam sæpe loca
palustria & syluis impedita obijciunt,
interueniens, mutare nos legitimum
precium coegerit: tunc iniquum non

ſuerit corollarij nomine aliquid adijce re,mox etiam cogitare,ut nouus agger ſtatim circum ſepiatur.

DE AGGERE CIRCVM uallando. Cap. 6

QVemadmodum caſtrenſis agger aduerſus hoſtium inſultum,ita piſcinarius aduerſus impetum aquarum circumuallari deſiderat.Ac neſcio, an eò etiam accuratiùs præmuniri debeat quò crebrius,& ſine ullis ſtatis inducijs ab incurſu fluctuum, uíq; tempeſtatum,aſsilitur & oppugnatur. Eius igitur circumuallandi ratio rurſus duplex occurrit,ex duob⁹ ſtructuræ generibus conſtituta.Vtriuſq; generis uocabula à Vitruuio mutuabimur, unúmq; eorum reticulatum, alterum incertum appellabimus . Reticulatum id erit, quod modo quodam ſepis,palos in piſcina conſtitutos,arborum truncis,ſtipitibúsq;,irretit atq; implicat . Incertũ

uerò

uerò,in quo nullo diligentiore contex tu,sed aceruatim tumultuarióq; opere aliæ super alias arbores ponẽ palos abĩ ectæ, constipantur, idq; genus nunc à pluribus usurpatur, non tam celeritatis,quàm etiam firmitatis causa. Sed utrum horum generum tibi elegeris, ita palos deponas constituásq;, ut modico inter se distent interuallo, ut proni in aggerem (pro situ uidelicet & forma ipsius)procumbant,utq; in terram sistu cis adigantur,& tanta firmitudine defi gantur,ne quati locóq; moueri queãt. Non enim uis aquarum sola, assiduo appulsu palos labefactat,sed suo quoq; tempore glacies oborta, & cum ipsis palis per gelua, quasi quibusdã uincu lis,connexa, subeunte subito flumine extumefacta,& ipsa ĩn altum tollitur,et unà secum uallum & septa attollit,ac totum non rarò opus dissoluit dissipát q;.Quocirca magis probandum est cõsilium eorum, qui perennitati consu-

lentes, è ſaxo potius, quam è ligno, uallum conficiunt. Quantumuis enim lignarium conſolides opus, non longo tamen tempore illud perennabit, uel à fluctibus laxatũ, uel ab humore corruptum. uel ſi alia calamitas defuerit, ipſa uetuſtate putrefactũ. At ſaxa maximè firmas ad æterniratem habent uirtutes, ſed cum non ubiq; locorum adſit ſaxorum copia, atq; ubi etiam illa adeſt multos tamen magnitudo impenſarum ab ædificando lapideo uallo deterret: abſurdum non fuerit, ijs, qui aut ſponte, aut neceſſitate, ad ſyluas confugiunt, delectum arborum demonſtrare, quæ ad uetuſtatem magis aut minus habiles, præſertm in humore habentur, dum prius moniti mihi ſint piſcinarij, ut loca in piſcinis aperta omnia, ad quę piſces fugam meditantur, denſioribus ſepibus obſepiãt, uinciántq; cannales confibulis ligneis, ne loco cedãt aut dehiſcant.

QVAE

QVAENAM MATERIES *ad septa piscinarum magis idonea Cap. 7*

IN piscinis Quercus usu optima ad cuncta prorsus opera, eò quòd sine uitijs diutissimè perennat, siue aquis immersa, siue terra adobruta fuerit. Proximum, ad perferendam in humore ætatem, locum Abies obtinet, eáq; ratione ad cannales, quos in piscinis aggeri substernimus, extruendos, post Quercum maximè legitur, similiter ad embolum erigendum, uulgò Statilinum appellamus, columellam uidelicet illam cannali superstantem, oríq; eiusdem iniectam, ne aquas cannalis nisi nobis uolentibus permittentibúsq; uel hauriat, uel euomat. Coràm aderá cùm agger ab imo solo uitiatus in piscina mea Blanensi instauraretur. Ibi me exspectante cannalis Abiegnus terra erutus fuit libro & ligno ita uirens, ut existimarem, non pridem sepultum fuisse. Ecce tibi è proxima

moletrina senex superuenit, intuitúsq; annalem: hunc ego, inquit, ante annos circiter quinquaginta obruendũ hoc loci meis manibus adiuui. Cum ad hæc subriderem: haud nugor, inquit, Here, statimq; inde abiens in uicum, ac paulò post reuertens, adduxit tresptereà secum compari ætate testes, eadem de se necta cannalis commemorantes. Venit tandem mihi in mentem, me nescio quid super hac re in Plinianis libris legisse, nec memoria fefellit, quippe lectione repetendo, ista apud Pliniũ lib. 71 uerba de Abiete scripta, reperi: Tradũt & Abietem circa germinationes decorticatam, qua diximus luna, aquis non corrumpi. Sed uiderint, qui Plinio authores fuerunt, cur Abietem decorticandam tradiderint: à piscinarijs nostratibus stat experimentum, Abietem cum suo cortice aquis demersam, longius quàm delibratam perdurare: durat & Alnus in humore, durat Pinus, Fa

gus,

gus, Iuglans, Iuniperus. Ipſum autem robur, magis in terra, quàm in aqua defoſſum firmum habetur. E diuerſo Vlmus in perflatu diu incolumis permanet, ideóque ad incilia & ſepta, & alia in piſcinis neceſſaria, quercu deficiente, admouet. At Aeſculus, Salix, & Betulla nec in afflatu, nec in humore idoneæ, quia utrobíque locorum celeriter marceſcunt. Betullam Plinius Gallicam arborem uocat, mirabili candore atque tenuitate terribilem magiſtratuum uirgis: quaſi in Germania, Bohemiáque, ueluti indigena, & uicinis circum regionibus non arboreſcat.

DE INCILI, SEPTIS, Emiſſario. Cap. 8

Quid ſint incilia, quid ſepta, nemo melius quàm Iuriſperiti docebũt Sic igitur Vlpianus in libello de riuis utrumque uocabulum diffinit: Incile, inquiens, locus eſt depreſſus, ad latus flu

minum, ex eo dictus quòd incidatur. Quippe inciditur uel lapis, uel terra, unde primùm aqua ex flumine in piscinas agi possit. Septa sunt ea, quæ ad Incile opponuntur aquæ deriuandæ, compellendæue ex flumine causa, siue lapidea, siue ex alia qualibet materia, ad continendam transmittendámq; aquam, excogitata. Et quia non raro contingit, ut redundantibus fluminibus ipsæ aquæ fluminis septa supergressæ, aggerẽ quoq; in piscina superueniant: si nullũ propè Emissarium adfuerit, non est committendum, ut desiat, sed per tempus curandum, ut paratum illud extructúmq; habeamus, uel interius, patefacto in extrema parte aggere, eodémq; palis, tignis, tabulis robustis, aduersus impetus aquarum præmunito, uel exterius, iuxta latus aggeris perpetua fossa ducta, per quã locus è fluuio patescat. Quippe non aliud est Emissarium, quàm locus patulus, per quem aqua superuacanea è

nea è piscina, aut lacu, stagnóue, emitit tur. Hinc Suetonius de Claudio Cæsare Fecit, inquit, & emissarium Fucini lacus, portúmq; Ostiensem. Hæc de ædificijs & substructionibus piscinarum dicta sufficiunt.

LIBRI TERTII
Proœmium.

NE solo nomine piscinas, (quod uti q; fieret si solo nudóq; ædificio illarum cotenti essemus) sed re quoq; ipsa illas possideamus, opus est aquæ ductu, opus & piscibus deducendis, ut noua uelut colonia, nouis suísq; colonis impleatur: alioquin, si altero horũ, magis etiam si utroq; destituta fuerit, meritò irridebitur. Quis enim sic agelastus est, ut non rideat piscinam aquis iuxtà ac piscibus carentem? Qualem nuper Eques quidam Boemus ad causas agendas, quàm ad piscinas faciendas aptior, dum beatam hoc nouo sibi of

ſibi officio captat uetulam, quaſi uidelicet præter actiones, belliſsimè quoq; noſſet rationes ædificandi piſcinas, eò loci piſcinam nouam conſtituit, quò nullus prorſus manantis aquæ humor ne aſpirare quidem ad eam potuerit: Iam hoc facto ſatis ridiculus, niſi inſuper uerbis ipſe magis adhuc ridendum ſe propinaſſet, dũ de ſcaturigine aquarum, non Aquilegum, ſed Moſaica lege diſſerit: accesſit deniq; ad riſum hic cumulus, quòd idem Eques uelut lupus fruſtra hians, ſine præda dimiſſus eſt à dite uidua, ibidem enim bolus ei, ubi uiduæ impenſa, perierat. Quorſum iſta ut ſub hoc exemplo admoneamur, q̃d nobis ſit fugiendum in conſtituendis piſcinis, quídue ſequendum: Nimirum hoc, ut non ſolùm aggere & uallo, ſed aquis etiam & piſcibus abſolutam habeamus piſcinam: à ductu igitur aquæ initiũ ſequentis narrationis ſumamus.

DE AQVAEDVCTV IN piscinas Cap. 1

DVcuntur aquæ in piſcinas è propinquis fluminibus, uel riuis, fontibúsq; & lacubus, tum per foſſas, tum per caunales, ad ripas fluminis, in loco ſuperiore, ad incile depoſitos, ut per prona aquæ ſua ui delabentes, nullo externo indigeant impulſu. Nam ſi flumé pari cum piſcina libramento adæquatum fuerit, præſidio obicis egebit, qui obex mole ſua, ad utramq; ripam, qua altius eminet oppoſita, undam ſuperuenientem pariter ſuſtineat atollátq;, ac mox illam cogat, prono ſimiliter lapſu in piſcinam decurrere. Cæterùm ſi fluuius infra libram humiliùs depreſſus iacuerit, quàm ut ullo cuiusuis rei obiectu extolli queat, rotam ſublimiorem cum ſitulis aut modiolis aquam haurientibus, in alueo fluuij conſtituemus, quæ impulſu fluctuum uerſata præſta-

bit nobis, quod opus erit ad usum: sin nihil horum fieri iniqua piscinæ & siticulosa positio permiserit, de cœlo aquæ petendæ expectandæq; erunt, & ubi illæ per tempestates cum imbribus uel alias cum pluuijs superuenerint, tũ largius diffusas, quàm elicibus, quàm sulcis, in piscinas deriuabimus. Refert autem non parum, cœléstésne, an montanas, an campestres aquas inducamus, nam cœlum, ut incertas, sic etiam piscibus steriles, fundere solet: Steriles item plerunq; montes, & præterea impetu præcipites, atq; gelidiores, quàm amat in æstate Cyprinus. At ex planis campis unda profluens, quò d lento lapsu prorepit, quòd solis calore tepet, quòd uario piscium genere redũdat, idcircò omnium utilissima ad piscinas habetur. Iamdudum uicinum diligo meum in piscinis colendis ualdè exercitũ quòd cùm me uideret nouam instituere piscinam, idq; agere, ut proximum riuum sua

uum sua sponte è montibus in piscinā defluentem, in piscina concluderem, amicè & familiariter appellans: Quin tu, inquit flumen potius, quod paulò longius præterfluit, in nouam tibi deducis piscinam? Respondeo, me obuio paratóq; humore uti malle, quàm eo, quem & labore & pretio redimendum mihi esse uideo. Subridens ille: Tu ergo saxo & glarea piscinam, quàm piscibus implere mauis: nam quid aliud præceps de ardua petra cadēs riuus, quàm saxa & silices, sterilésq; arenas, secum in ima peruehat? Cōtra fluuius, inq̄t cū sit diuersorū piscium alumnus, diuersis quoq; & uarijs opib⁹, piscinā tibi faciet opimiorē: Morē gessi benè cōsulēti uicino, ac benè mihi uertit cōsilium.

QVATENVS ET QVOmodo, aquæ in piscinam nouam sunt introducendæ. Cap. 2

DVm crud⁹, & adhuc suspens⁹ ac rimos⁹ agger est, nō amat neq; subij

bitis neq; multis, neq; cōtinētibus, aquis adobrui. Et fiat, ut à principio statim uis aquarum, in eū inuadat: simul fiet, ut agger propter tenuitatē & aritatē suam uiolentiæ aquarum resistere nequeat sed cribri modo diffluat, aquas subinde percolando, uelut oneri ob nimium humorem cedens, præceps prolabatur. Qui igitur diu incolumem illum seruare uolunt, paulatim et per interuallum, atq; ad certum modum, initio aquas intromittant. Paulatim ideò, quia aqua sensim & leniter serpens, longè abest ab iniuria facienda. Interualla porrò hanc habent utilitatem, quòd agger nouus, alternatim siccus humectúsq;, subsidit compresſiùs & corroborat firmiùs, modò ne nimijs undis compleatur, satis est ad dimidium aggeris à principio stagnare aquam illud præterea utilissimè de eadē aquariam restagnante præcipitur, ut illam crebra mutatione renouemus, nouis admissis

admiſsis fluuijs, qui meatu ſuo uete-
rem aquam ſubmoueant, nec patiantur
ut partim ex rudi & inculto piſcinæ ſo
lo, partim ex ſitu & cruditate arborum
quibus uallamus & loricamus aggerem
uitium, amaritudinémq́, & malum o-
dorem, contrahant, quippè his rebus,
quaſi uenenis, imbuti piſces plerunq;
moriuntur. Rem ità uti mihi contigit
narro. Extruxeram in prædio meo, ex
recens deſectis roboribus, & adhuc ui-
rus ex cruditate redolentibus, Viuari-
um, in quo piſces uelut in penore lon-
gæ uſionis gratia reconderem, ac tum
ſtatim inhibueram, ne uillicus ullos pi-
ſces uiuario, niſi benè antè permadefa-
cto, concrederet. Impatiens ille moræ,
non paruum Cyprinorum numerũ cru
do uiuario credere audet, poſtridiéq;
ad me reuertens, Cyprinos ad unum o-
mnes, ex aqua corrupta, mortuos eſſe
renunciat, culpam agnoſcit, ueniam er
rati, & tranſgreſſi imperij, orat, atq; im-

petrat, hac lege, ut magis posthac sobriè sapiat, magisq; obedienter iussis auscultet. Hucusq; de aquarum producti onibus.

DE FOETV CYPRINOrum in piscinas suo tempore transferendo. Cap. 3.

AQuis iam quantum satis est in noua piscina restagnantibus, sequitur, ut foetus Cyprinorum, cuius inprimis causa aquæ colliguntur, in illas ex seminarijs suis transferatur. Duo autē tempora eius transferendi habentur tempestiua, Veris & Autumni: Ac Vernale quidem tempus adeò est tempestiuum, ut quamlibet tunc Cyprini ætatē, siue anniculam, siue bimam, siue trimā, citra ullam noxam, contrectare, & de seminario in piscinam transferre queas. At in autumno propter instantem hyemem, & undas assiduò fluctuantes, periculosè feceris, si teneriorem minorémq; bien-

quàm biennio aut triennio transtuleris. Nihilominus reperiuntur, qui autumnũ Veri anteponant, hac inducti persuasione, quòd Cyprini, quò maturius seminaria deserant, & ad ipsas piscinas tempestiuius deducuntur, eò celerius pabula uberiora præcipiunt. Fortasse non improbanda ratio hæc uideretur, si Cyprini per hyemem pascerentur. sed cũ illo tempore in cubilibus suis iaceant conditi, nec inde ad solennem pastum in uada piscinarum, ante ueris initium progrediantur, qui fieri potest, ut in pascẽdo antecedãt uernales Cyprinos, cũ utrique eodẽ tẽpore (nempe initio ueris) destinata in piscinis cõmuniáque pascua affectẽt? Proinde mihi magis probatur, eos, quib9 Autumnus placet, ex necessitate poti9, quàm ex utilitate, ad eũdem Autumnũ cõfugere, quoniã alio tẽpore tantam cogendæ colligendæque aquæ in piscinas præsertim maiores, potestatem non habeant. Cæterùm ubi

copia humoris in Vere haberi poteſt, ibi mea ſententia præſtiterit, poſt peractam in autumno piſcationem, per reliquum inſtantis & perſeuerantis hyemis tempus, uacuas aquis piſcinas relinquere, ut hybernis pruinis, pluuijs, gelicidijs, fermenteſcant, quàm committere, ut aſsiduis inundationibus colluteſcant: quandoquidem non lutum eſt, ſed uber potius terræ, quod Cyprinos opimiores facit. Fœtui autẽ transferendo, hora matutina, diésq; à uento & tempeſtatibus quietus, deligitur, ne calore meridiano, flatúq; uentorum, ac præcipuè Auſtri, corpus Cyprinorum imbecillum ualetudine, tentetur. Curãdum prætereà ne Dolia, in quibus fœtus transuehitur, plus æquo referciantur: nam ſi id factum fuerit, Cyprini mutuo compreſſu attritúq; deſquamantur, uitæq; inde periculum adeunt. Vſu peritiores hunc modum in tali re adhibent, ut æquis partibus dolium diuidant,

dant,dimidiúmq; eius aqua, alterũ dimidium Cyprinis impleant,ac quò uolunt sine ulla iniuria deuehunt. Non minor rursus cura,in doliis exinaniendis erit aduocãda:nam tum quoq; Cyprini nobis periclitantur, si temerè ex dolijs uelut abiecti,in terram uel in lutum effunduntur:saluti fuerit,linteum uel reticulum ob os dolij prætendere, sensím q; inde pisces decidéntes excipere,atq; exceptos in aquam piscinæ paulò altiotem puriorémq; deportare, ibidémq; reticulo explicato, potestaté eis facere sua sponte aut natandi aut demergendi Sed cum in rem nostram maximè intersit,ut probatissimum genus stirpis in piscinis clausũ habeamus, ne in hac quoq; re,per inscitiam labamur, electioné probatioris fœtus indicabimus.

QVAE SPECTANDA IN fœtu ad piscinas transferendo, & unde sit transferendus. Cap. 4

DIligenter est aduertēdum in legē do fœtu Cyprinorum, ne exoletus pro tenero, néue degener pro nobili subrepat, fructúq; nos, quem ex incremento eius speramus, defraudet. Ergo signa generosi, & bonæ indolis Cyprini, hæc habeto: Si caput exiguum inerit, si oculi emissitij, si uenter capacior distentiórq;, si pinnæ, & squamæ nō luteæ aut luridæ, sed nitidæ & subcandidæ, totū deniq; corpus si quadratum magis, quā longum apparuerit. Nam qui uastum caput circumtulerit, tenuémq; inglorius aluum traxerit, aut qui eandem intēpestiuo ouorum semine completam habuerit, squamásq; palore infecerit, hic uetus est, & degener, atq; longè à piscinis summouendus, quia nec ad saginam, nec ad incrementum appositus. Non rarò tamen etiam probatus in suo loco Cyprinorum fœtus, si ex meliore statu deteriorem sortitur locum, degenerat, succum oblitus priorem. Idcirco quoties

co quoties foris illæ nostro ære paratur, nunquam est ab oraculo piscinario rum decedendum, quo monemur, ut secundo flumine fœtum Cyprinorum à nobis emptum in piscinas deuehamus, id est, de æditiore loco in planiorem, de frigidiore in tepidiorem, de steriliore in uberiorem. Ita fore, ut hanc curam nostram, uberrimus atq; laudatissimus pinguium Cyprinorum piscatus consequatur, dummodo adsit in piscinis adimplendis modus.

QVANTVS CVIQVE piscinæ Cyprinorum numerus sit contribuendus. Cap. 5

PRoxima à delectu Cyprinorum debet esse cura de numero, quem cuiq; piscinę ꝑ modulo suo attribuere cóueniat, ne si numero Cyprinorũ maiore illas, quàm quę alere ualeát, onerauęris, te quoq; dispédio oneres: graciles uidelicet ex fame et téés pisces, gracili etiã et téui pretio distrahédo. si iusto mi

minorem illis numerum aſsignaueris, ne ex defectu piſcium, rurſus præſenti feriare damno, cùm liceat utrumq; incommodum uitare adhibito uidelicet (quem oportet) unicuiq; piſcinæ legitimo numero. Quid eſt auté, cur piſcinarij uel in hac arte, agricolis & Vinitoribus concedere debeant, ut non ſimiliter atq; illi comprӕhenſam ſeminum ſummam, quam piſcinis credituri ſunt, habeant? quando pariter, atq; illi per iugera, ſementem in piſcinis faciant. Eſt uerò multò longius latiúsq; piſcinarium, quàm agreſte iugerum. Nam hoc, quemadmodum nos in agris metimur, duodecim in longum funiculos, & duos tantùm in latum complectitur. At illud alterum in piſcinis, uiginti quóquò uerſus funiculos (quorum quidem longitudinem antea diméſi ſumus) efficit. Quum igitur unius iugeri hac longiore dimenſione magnitudinem piſcina impleuerit, Cyprinos ad alendum adoleſcendúmq;

ſcendúmq; deſtinatos (ſi modò pingue ſolum in fundo ſubſiderit) quinquagies ſexagenos, hoc eſt, ter mille Cyprinos alere non incómodè poterit: hic deniq; numerus pingui iugero, tanquã legitimus ſemper attribuitur, minor aliquantò mediocri, minimus macro. Sic deinceps in minoribus etiam piſcinis, cuiuis parti iugeri, pro rata menſuræ eius portione, maiorem minorémq; numerum, uti loci conditio poſtulauerit, attribues. Non autem temerè fit, cur piſcinarij ſexagenarium numerum, in recenſendis ad piſcinas Cyprinis Luciíſq;, preter cæteros ſibi aſſumãt. Sed certa ſubeſt ratio, quamobrẽ id faciãt: Nempe iſta, quòd ſexagenarius alijs numeris commodius Arithmetica ratione in plures diſtribuitur partes: Quæ res quantam opportunitatem in emendis uẽdẽdíſq; uel ſũmatim, uel per partes, piſcibus habeat, ſuo quiſq; ſenſu facilè percipere poteſt. Primùm igitur ſi ſexa-

genariū in duas æquas partes diuidas ſi ēt triginta, pars tertia fiēt uiginti, pars quarta quindecim, quinta duodecim, ſexta decē. Atq; hoc modo ulteri⁹ pro grediendo, pars decima fiēt ſex, duodecima fiēt quīq;, quindecima quatuor, uigeſima tria, trigeſima duo, donec pars ultima ſexagenarij in monadē deſinēs, finem āplius ſecādi numerū faciat. Siue igitur ſummatim, ut dixi, ſiue particulatim diſtrahere piſces uolueris, numerū ſexagenario ad eam rem commodiorē nullum alium dabis. Interim tamen & illa commoditas maximè complectenda, quam ſeminaria domi comparata inſtructáq; ſolent piſcinarijs præſtare.

BONVS PATERFAMILIAS ſeminaria Cyprinorum domi conſtituta debet habere. Cap. 6.

VErba Catonis ſunt: Patrem familiâs uendacem, nō emacē eſſe oportet. Iam ſi nulla alia propagandæ ſo

bolis

bolis cauſa nobis adeſſet, hæc ſola ſatis magna uideri debet, ut ne fœtum Cyprinorum foris emere cogamur, quem domi gratuitò per induſtriam noſtram habere poſſumus. Sed multa præterea alia ſunt, quæ adhortari atq; perſuadere debent piſcinarijs, ut ſibi in fundo ſuo ſeminaria comparent. Nam ubi pro copia domeſtica facere delectum fœtus licet, ibi nihil obſtat, quo minus illum maximè probatum nobis deligamus. Deinde in manu noſtra ſitum eſt, quo tempore fœtum piſcari, & quando eundem ex uiuarijs in piſcinas tempeſtiuiſſimè trãsferre uoluerimus: quorum neutrum facilè nobis continget, ſi illũ in alieno ſolo parabimus, ſed is cuius fundus erit, ſuo ſibi tempore, non noſtro, fœtum piſcabitur, ſibíq; à piſcatu probatiorem deliget, nobis obtrudet reijculum: Heus, inquiens, proximus ſum egomet mihi: tum non rarò uſu uenit, ut nulla prorſus ſe-

mina apud uicinum quouis precio cõmutanda reperiamus. Interdum ut reperta quoq; non emisse, quàm emisse, fuerit utilius, propter miscellaneam turbã ex nouo ueteriq; ac retorrido fœtu permixtã. Quid uectura tandem? quid sumptus & impensæ? quid cætera incómoda, quæ peregrè ambulanté comitari assolent, nonne malum malo accumulabunt? Idq; nostra prorsus culpa, per quos stat, quo minus domi constituta seminaria habeamus, unde liceat non modò leuatos omni onere molestiáq; uiuere, sed etiam quotannis aliquid ex uẽdito superuacaneo fœtu lucri facere. Sagacissimè Vergili' de posteritate stirpis nobis consulit, inquiens:

Semper enim refice: ac, ne pòst amissa requiras
Antè ueni, & sobolẽ armẽto sortire quotãnis.

DE POSITIONE SEMINARIORUM. Cap. 7.

LOcus uiuarijs, sementi faciundæ destinatis, non ita morosè, uti maioribus

ioribus piscinis, in quibus iam adultus nutritur Cyprinus, quæritur: Sed talia uiuaria in quouis fundi uel angustiore recessu, modò riguo, institui rectè possunt, Nec enim amplum terræ spacium, nec apricum ualdè situm, nec solū pingue lætúmq;, desiderãt cùm in hoc duntaxat huiusmodi uiuaria parentur, ut semina contineant, mox aliò ád uberiora pascua trasferenda. Animaduertete tamen diligenter, ut locum seminari is arenosum, non cœnosum, deligas: quoniam oua Cyprinorum, quæ ex mutuo attritu in cœnum decidunt, animari, uelut à luto præfocata, nequeunt, ac sola illa facilè animantur, quæ in uadosis deponuntur arenis, Constituuntur autem uiuaria eodé planè modo, quo grandiores piscinæ: Nimirum aggere, uallo, loricula, cannali, emissario, & septis. Nisi quòd pro modulo uiuariorum, modus quoq; substructionum & sumptuum contrahitur. Quo uerò ma-

maiorē tibi illorū copiā parraueris, eò lōgiorē habebis facultatem deligendi ex Cyprinis semina, quæ tū ad incremētū tū ad saginā, uidebūtur esse magis idonea. Nā alio in uiuario nasci, alio adolescere, alio pergliscere, Cyprin⁹ solet, eāq; ob causam separatas etiam alijs locis desiderat piscinas.

DE TRIFARIA PISCINARVM per claßes distinctione. Cap. 8,

QVemadmodum Pausias, & cæteri pictores eiusdem generis, autore Varrone, loculatas magnas habere solebant arculas, ubi diuersi illis inessent colores, ita nos quoq; in latifundijs nostris, loculatas habere piscinas cōueniens est, ubi dispares annis & uiribus, pisces, locis etiam disparibus disclusos habeamus. Id enim inprimis est piscinarijs utile, habere fœtum Cyprinorū ita per piscinas diuisum, ut statim sciāt, ūde primi, ūde alterius, ūde tertij āni, fœtū depromāt, et quo quęq; corū

pro

pro ætate ſua transferant. Piſcibus dein ualdè conducet, ut pares uita & annis, cum paribus congregentur, quo facilius perueniant ad parem incrementi maturitatem. Satis autem eſt in tres claſſes diſtributas nos habere piſcinas, ut prima ſit, in qua primam Cyprinorum pulliciem enutrimus, eáq; minimam poſtulat piſcinam, quia minimos continere ſolet Cyprinos: In maiorem ſecundæ claſſis, id eſt, ſecundi anni transferri debent Cyprini: In tertiam, eandémq; maximam, non alius, quàm saginæ deſtinatus fœtus, eſt traducendus, numero certo, & pro modo piſcinæ diſtincto. Nam in illam minimè fortis piſcinulam, ſolas matrices concludimus: Non plures interdum quam tres, interdum nouē aut quindecim. Valdè enim ferax genus Cyprinorum eſt, ac tanta celeritate atteritur, ut uiſum penè fallat.

DE ATTRITV CYPRINOrum Luciorúmq;. Cap. 9.

Admissarios Cyprinos uulgus piscatorum, Terdellones cognominat, quòd more complurium piscium terendo, mutuóque contractu, uentres confricando, solennem Hymenæum peragunt; idque faciunt, uel Aprili, uel Maio mense, prout prius aut posterius ex tepore aquarum cupido, uenenum illorum, elicitur. Qua instante & titillāte, masculus adeò plenos humoris lactei, peruiósque meatus exhibet, ut si uel leuissimè aluū eius manu comprimas, inde tibi continuò semen effluat. Ostēdit & femella sub idem tempus, mutuæ cupiditatis & uoluptatis signa, dum solito magis aluum ouis inturgescentem præfert, & quantum potest marem cōsectans fricari, aluúmque ouis resoluere accelerat. Scribit Aristoteles lib. vi. naturalis historiæ, tredecim sæpenumero & quatuordecim Cyprinos singulas fœminas assectari, ac si quando tardius mares occurrant, ultrò illas desiderio

naturali

naturali accenſas, obuiam prodire, ut uentres marium roſtris petant, ſemenq; genitale, animandi fœtus gratia eliciant; nam niſi uitali maris ſemine, oua aſperſa fuerint, haud animãtur. Nõ omnibus id contingit ouis in tanta multitudiue, alioqui replerentur maria & ſtagna, (ut prodit Plinius) cùm ſinguli uteri innumerabilia concipiant. Autor eſt idem Ariſtoteles, oua Cyprinorum fœtifico ſemine cõtacta, eadem die ad magnitudinem milij excreſcere. A trimatu Cyprini edere uitalem fœtũ incipiunt, edúntq; ultra annum trigeſimum; Cæterùm hic præcauto opus eſt, ne partus tempore, uel Perca piſcis, uel Lucius, interueniat, quòd illa in oua recens excluſa ſtatim inuadat: rurſus Lucius in partum iam animatum hoſtiliter graſſetur. Huius adeò Lucij ſatus, non aliter atq; Cyprini, attritu ſcilicet ſimiliter uentrium (niſi quòd paulò maturius, nempe circiter æquinoctiũ uer-

num peragitur.

SEMELNE CYPRINVS IN PISCINIS, an sæpius (ut in mari fit) pariat? Cap. 10.

ACcumbebant mēsæ principis mei Staniſlai, proceres nonnulli piſcinarij quales Cicero Tritones appellat: in eo conuiuio cùm nullus fermè ſermo crebrior, quàm de piſcinis, percrebuiſſet, rogat tandem unus cæteros, de partu Cyprinorum, utrum ſimplex ille, in annos ſingulos, an multiplex foret: qui proximè aſſidebat, uideri ſibi, ait, Cyprinum ſemel tantùm in ſingulos annos, perinde ut Lucium, & complures alios piſces, parere. Qui fit igitur, inquit rogator, ut in uno Cyprinorum ſeminario, non duplici modo, ſed etiam triplici uarietate magnitudinéq;, fœtus diſtinctus reperiatur? Reſpondet alter ille, nequaquam uarietatem eiusmodi illinc prouenire quòd ijdem Cyprini ſæpius quàm ſemel fœtificarent, ſed quòd ex eiſdem, alij tempeſtiuius, alij ſerius,

ſerius, oua excluderent: Nutante ſententia, atq; eò magis, quòd ego tunc etiam unà accumbens, ad confirmandū hāc opinionē, ſimile quiddā de Thynnis in medium adducebam: Ariſtotelē (inquiens) tradere, fœtum Thynnam ſemel duntaxat intra annum uterum geſtare, ſed quoniā partē fœtus præmaturè, partem tardius, producat, exiſtimari eodem anno bis prægnantem fieri, bíſq; parere. Ibi non nemo talium rerum ualdè curioſus interpellat, inquiens: ſi ſemel tantùm Cyprini quotannis progenerant, ſcire aueo, unde accidat, ut in uiuario, in quo non multi Cyprini, ut de his poſſit dici, quòd alij anteuerterint alijs, ſed in quo ſolus maritus cum ſola coniuge attinetur concluſus, in eo tamen aut duplex, aut triplex fœtus, tēpore diuerſo atq; diſtanti editus, inueniatur? Nihil habentibus cōuiuis, quod ad hæc reſponderent: addit idem, ſe nō ſolùm perſuaſum habere, ter in æſtate

Cypri-

Cyprinum parere, ſed nec cum eo contendere uelle, ſi quis dicat, eundem uel in Autumno etiam fœtum edere, quando illo quoq; tempore aluum ouis grauem geſtare depræhendatur, ſed certũ ſe habere, quòd huiuſmodi fœt⁹ uelut abortiuus, ſine uita tunc effunditur. Cur igitur in mari, ut vult Oppianus quinquies, ut Plinius & Ariſtoteles ſexies, Cyprini citra noxam pariunt? an quia Venus eorum minus hebetatur, qui liberi in mari, quàm qui captiui in piſcinis uiuunt? an loci ipſius natura huic quoq; fœcunditati aliqua ex parte ſubſeruit? id quod Ariſtoteles credere uiſus eſt libro quinto de natura animalium, ita ſuper hac re ſcribens: Diuerſum regionis ſitum, locorúmq; diſcrimina, non ſolùm ad hæc ualere conferréq; plurimùm, ut piſces in uno loco, quàm in altero, excreſcant fœlicius, non ſecus atq; arbores & ſtirpes, ſed ijdem etiam, ut alibi ſæpius coeant pariántq;, alibi-

bi rari⁹. Sed nimis longûloquor de Cyprinis, tãtò deinceps breui⁹ de Lucijs.

LVCII QVO TEMPORE IN PISCINAS TEMPESTIUISSIMÈ DEDUCATUR. Cap. II.

FAciunt hoc cultores hortorum, ut non prius in areas recens consitas runcatorem ire patiantur, quàm uiderint illas superuacaneis & inutilibus herbis iam occupatas, alioquin intempestiuus runcator, utilia insuper semina proculcabit, nedùm ut eruncet noxia: quantò magis nos facere congruens est, ne Lucium, stirpis Cyprinæ cladem atq; exitium, nisi cùm fuerit tẽpestiuum, in piscinam deducamus. Non in quaslibet, sed in eas duntaxat, quas in tertiam classem, nempe illam maximam, reposuimus, in qua sæpenumerò usu uenit, ut interueniente attritu Cyprinorum, ætate iam maiorum, tot nouis, támque multis exundent piscinæ foetibus, ut pascua tãtæ multitudini sub

miniſtrare non ualeant, ac tunc igitur maximè per tempus, deducitur Lucius qui ore & dente ſuo nimiam ſobolis nouæ luxuriem depaſcatur. Pro magnitudine autem piſcinæ & fœtus multitudine, plures pauciorésue Lucij in illam admittuntur, nec caret admiſſio iſta cópédio, propterea quòd Lucij ſuperfluo fœtu Cyprinorum ſatiati, nó modò maius, ſed etiam celerius corporis ſui incrementum capiunt, atq; inde maiore quoq; precio grandiores diuédútur. Memini in ſexaginta Lucios, hoc modo, quo iã ſtatim dixi, in piſcinis ſaginatos, precium in Morauia, quater denos aureos númos fuiſſe, tú cum Sigiſmúdus Poloniæ Rex cultu prorſus & comitatu regio (nã ad tria millia equitú eum comitabantur) ex Gracouia, Viennam ſe ad Cæſarem Maximilianú & ad Vladiſlaum fratrem germanum, Pannoniæ atq; Boemiæ regé cóferés, hoſpitio Créſirij à prĩcipe meo Stãiſlao except⁹

eſſet. Cæterùm non ita dictu promptũ eſt, qui fiat accidátq;, ut in piſcinis, quæ de nullo flumine, aut riuo unde Lucius unà influere queat, ſed quæ de cœlo tãtùm & nubibus humorem accipiunt, Lucius tamen in illis reperiatur.

QVAE SIT OPINIO DE LVCIIS, cur ſua ſponte in piſcinas superueniant Cap. 12

An ſi rationem à Philoſophis proditam, unde nam Lucij ſua ſponte piſcinas introeant, nó habeo quam uellem, ipſam interim opinionem quoq; tacitus ſupprimam, quam piſcinarij in uulgum ſpargunt? Ego uerò libentius hic opinione uel idiotarum utar, quàm ut cum Athenæo & Philarcho philoſophiæ ſtudioſis affirmare audeã ꝧ piſces aliquando de cœlo in terram cum pluuia pluiſſe. Ad nos ſcilicet eius generis pluuiæ, nunquam perueniunt: at non rarò anaticulæ ad piſcinas noſtras aduolant, ut ingluuiem ſuam uel fœtus

uel ouis, tam Luciorum, quam Cypri-
ńorum, expleant, Propiorem itaq; ueri
habet ſpeciem, id quod piſcinarij autu
mant. Anaticulas dum ſemine lucio-
rum uentrem plenum, & adhuc crudũ
uomitu ad piſcinas exonerãt, ſimul eaſ
dem piſcinas ſemine illo egeſto etiam
conſerere, Luciósq; ex eo ſatu animari.
Mirentur hæc illi, qui apud Plinium de
Ariſtotele mutuantem iſta de perdici-
bus, non legerunt, ſi contra mares ſtete
rint fœminæ, aura ab his flante prægnã
tes fieri: hiantes autem exerta lingua, in
quit, per id tempus æſtuant, concipi-
úntq; ſuperuolantium afflatu, ſæpe uo
ce tantùm audita maſculi. Hæc Plinius.
Iam quid de equis M. Varro narrat, ſi
uacat audi: In fœtura (ait) res incredibi
lis eſt in Hiſpania, ſed eſt uera. Quòd in
Luſitania ad Oceanum, in ea regione, u
bi eſt oppidum Olyſippo-quædam è uě
to cõcipiunt Equæ, ut hic gallinæ quo
q; ſolent, quarum oua, Hypenemia ap-
pellant?

pellant? Vt nunc taceam gentes ad Borysthenem fluuium habitantes, quæ sine ulla uarietate sermonis, quoties ad nos ueniunt, omnes asseuerant, piscinas in sua regione à piscatu rarissimè denuò seminari, sed suapte sponte piscibus illas, siue ex terreno humore, seu ex cœlesti influxu, coortis, redundare. Sed ne cui fastidio sim, dum nouam & inusitatam opinionem excedentia refero, finem dicendi faciam, & ad institutam narrandi de piscinis rationem in sequenti hoc libello, me transferam.

LIBELLI QVARTI Procemiolum.



On minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri. Cùm igitur in quærendis atque parandis piscinis, hactenus curam, qua diligentia fieri potuit, cótriuimus: par est, ut iam deinceps uideamus, ne bene parta malè nobis dilabantur, si fortè ratio nos & solertia destitue

rint,quibus res piſcinaria conſeruatur. In primis itaq; ratio erit aduocanda, qua noſcamus, quid, & quomodo, in piſcinis tuendis,agendum nobis ſit, deinde ſolertia efficiet,ut ſedulò & ſcitè, bonóq; exitu,agenda peragamus. Colligitur autem ratio, quam quisq; cuſtodiendis piſcinis præpoſitus ſequi debet,ex quibusdam piſcinariorum præceptiunculis, quas nos in hoc libello quarto,per quatuor temporum interualla digeſtas,explicabimus:ut futurus piſcinarum Tutor, ſeparatim ſciat, quid ei ſit per uernum tempus faciendum,quid æſtate ſequendum,quid Autumno & hyeme curandum: & unde melius,quàm ab officio Tutoris auſpicabimur?

DE OFFICIO TVTORIS piſcinarum. Cap. 1.

QVi curæ piſcinarum præpoſitus fuerit,tria ſibi potiſſimũ curãda eſſe ſciat:Primũ ea,quæ ad aquas ptinẽt deinde

deinde ea, quæ ad pisces, tertia postremò cura totam complectitur piscinam. Circum aquas ista sunt obseruanda, ut ne unquam illæ necessario humore piscinas destituant: neu repentè ex cœlo procelloso audactæ, inũdationibus aggeri officiant, néue, si diutius stagnauerint, putorem & situm noxium contrahant. At circum pisces ista procurabit, ut matrices in suis seminarijs, suo tempore fœtificent, ut ipse fœtus tempestiuè, quò oportet, transferatur, cautéq; interim dum transfertur, & tractetur, & deuehatur, ut numerus pisciũ apud dominum subscribatur, ut deniq; pisces bono modo in piscinis nutriãtur. Nec enim natura quod uult, semper id per semet efficere potest, sed aliquoties ab industria operáq; nostra adiuuari desiderat. Hinc agrorũ & uinearũ cultũ, hinc arborũ insitioné, hinc pecorũ educationé, nó sua spóte, sed magis ab humana solertia ꝓuenire uidem⁹. Cui ad-

tiæ,Cyprinorum quoq; in piſcinis ſagina,non nihil debet. Eas piſcinas (nam hoc tertio loco dicendum ſupereſt) cu ratorẽ ſæpiſsimè obire oportet,& quid quoquo loco ſarciendum, uel inſtaurãdum ſit,prouidere. Semper autem ſatis ſuperq; in piſcinis adeſt ; quo ſarto opus ſit, ut quod uel à uentis, uel à tempeſtatibus,uel à uiolentijs aquarum,fu erit interruptum,&ſubinde prouiſo,ne quid damni ibidem uolucres, pecudes homines faciant.Nam ubi cuſtos abeſt modò Mergi (quorum non unum genus) aduolantes, modò Lutræ piſcinas ſubeuntes, liberè piſces deprædantur: aggerem uerò proruunt & proculcant ſues, boues,equi,paſtum ad piſcinas ap pulſi,tum improbi paſtores, conſepta, quibus fuga piſcium arcetur, interuellunt,ac per loca interuulſa piſces, fugã adornantes, excipiunt. Idcirco eum, qui ſe piſcinarum tutorem idoneũ præſtare cupit, ambulare ſtrenuè oportet, et dili

& diligẽter circũſpicere, ne ullæ ad piſcinas inſidiæ eũ lateãt, dum ne ita ãbulet, ut cũ operã oſtẽtare uult ſuã, uaget potius, amœnitatésq; & friuola captet, quàm piſcinas utiliter obeat. Sed iam, poſt communia, idem Tutor ad partes mihi eſt euocandus.

QVID IN VERE TVTOREM curare conueniat, Cap. 2.

VEr ſanè pluſculum negotij circũ piſcinas exhibet, atq; in multas uariásq; curas animum tutoris diſtrahit: quas ille tamen ita diſpenſare debet, ut ea quæ differri, niſi cum incommodo nequeunt, in primis conficiat, ac deinde ſuo tempore cætera. Minimè autem omnium differri uolunt ædificia, & munimenta, quæ ad uallum, & ſæpes, & ad alia ſepta, ueniunt inſtauranda. Quocirca primo quoq; tempore, cùm ſe in Vere facultas operis faciundi obtulerit, Tutor id curet, ut quæ uel à flucti-

bus conuulſa,aut uetuſtate uitiata fuerint,ea reſarciat,mox ut operam pro-purgandis elicibus,ſulcis aquarijs,foſſis,per quas niualis pluuialíſq; humor in piſcinas deriuatur,impendat: poſt aquas deriuatas,ut fœtum per claſſes piſcinarum diſtribuat,quoniam, ut antè dictum eſt,tranſlatio cuiuſuis fœtus in Vere tempeſtiuiſſima habetur, ac tunc non die ſolùm, ſed etiam noctu (quia noctis magis quàm diei tempore Cyprini per uoluptatem atteruntur) ad piſcinas recurſet, uideátq; ne quis tunc illis inſidietur. Quippè non aliâs exceptu faciliores Cyprini uidētur, quàm cùm uelut cæci in amorem ruunt mutuum, incautíq; & per agmina, circum uada pererrant. Hoc eodem Veris tempore curatori maximè præcipitur ut quotieſcunq; ruit umbriferum uer,totiens ſepta piſcinarum, in quibus Cyprinus adultus perglíſcit,ut recludat, imbrém que una cum fluminibus, limum ſecū

& ſtercora

& stercora ex uberiorib⁹ agris pertrahẽtib⁹,admittat. Nullũ enim hoc Cypriniis gratius pabulũ reperitur,nec unde crassescant ocyus.Accedit simul ex turbidis aquis ista quoq; piscinis utilitas, quòd aduenis piscibus,cum fluuio tũc afflu entibus,sine opera nostra & impẽsa piscinæ adaugentur.Nam puris & defæcatis aquis durantibus, rarus in piscinas hospitum piscium adfluxus, contingit.

QVID SIT IN AESTATE *procurandum. Cap.3.*

COntrà in æstate facere curatorem decet,atq; inter prima accurare,ut claustra circum piscinas,clausa habeat omnia,ne quà adit⁹ in piscinas profluo flumini pateat:maximè uidelicet tranquillo tunc & quieto statu opus est Cyprino,qua æstate maximè,propter lætissima &sibi gratissima pascua,illo adolescit & pinguescit,si modò ociosè pascit,Nec enim ab exercitio :sed ex ocio

ne extirpanda commemorabimus.

DE ALIMENTIS CYPRINORUM, Cap. 4.

Iam etsi piscibus commune sit omnibus, præcipuam alimentorum suorũ partem ex aquis capere, sunt præterea tamen alij quoq; cibi suo cuiq; pisciũ generi, secundum naturam suam, uelut proprij. Nam, ut Aristoteles tradit, Cõgri, Murænæ, Lupi, carne tantùm uescũtur, Mulli carne & alga, Scarus alga tantummodo, Salpa alga & stercore, Capitones limo. Ac ne psequar alios, quos nunc persequi non est necesse, ipse adeo noster Cyprinus limo pascitur & arena glebæ permixta: & quanquam idem à carne abstinet, lumbricos tamen terra erumpentes, culicésq; & muscas, aquis superuolitantes, libentissimè dapis gratia consectatur, adeo ut si propè ociosus ambules, aurémq; tacitam, dũ insecta uenatur, adhibeas, clarè exaudi

to eíque potui, quem à Cerere uocamus Cereuisiam destinato, clausos in ligneis uiuarijs Cyprinos pasci decreuit. Preterea figuluri creta, modico ignis calore adusta, fracibúsq; olei sub acta, quippe ex hoc pabulo pinguius etiam quàm ex frumento, Cyprinus sagi nam induit. Itaq; mirari interdum satis non est, miram Plinij diligentiam, ut quam ne hoc quidem olei condimentum, quo piscium obsonia interdum condiuntur, effugere potuerit. Sic enim, sed ualde strictim, libro nono, & quasi per transennam hanc rem aspiciens. Gustu (inquit) olei maximè, dein modicis imbribus gaudent aluntúrq;.

DE EXTIRPANDA IN PIscinis arundine.
Cap.5.

SOlet arundo post frequentes pluuias, si crassum lætúmq; solū subest

& modicè piſcinis innatant aquæ, cele riter ſuboriri, & poſteaquá ſuborta cõ ualuerit, meliora Cyprinorum paſcua, quæ ad uada & oras in piſcinis reperiũ tur, infeſtare, aliquoties totas piſcinas in quibus exiguus humor ineſt occupa re. Nam uis aquarum maior illam fruti cari non ſinit. Nouerunt hoc ſolertio res piſcinarũ curatores: quare etiam ſe dulò curant, ut uel uno ſtatim fluxu pi ſcinas aquis ad iuſtum modum imple ant, uel poſt ſubductas aquas ut ne quid humoris in illis (præſertim germi nationis cannarũ tempore) relinquant Difficile autem malum hoc ubi præua luit in piſcinis extirpatur. Nam ſi ferro ſuccidas, lætior harundo, ſi face incen das, denſior reſurgit: tum ſi ſolas admo ueas manus, frangas citius, quàm euel las. Sed nec uomeri facilè cedit, quia al tius radices in terram agit, denſioréq; illas inter ſe complexu innodat, quàm ut enodari exararíq; poſſint. Sed hac tandem

tandem ratione in exitium eius non fru
ſtra incumbes, ſi æſtiuo ſolſtitio per ple
nam aquis piſcinam monoxylo uectus,
harundine tum falce inuadas; ita eādē
falcem in demetenda harundine mode
rans, ut internodia ipſius duntaxat ea,
quæ ſupter aquam merſa ſunt, demetas
Fiet enim ut harundo per cauam cala-
mi plagam exhauſta aqua, quæ uapore
ſolis tunc eſt percalefacta, non ſecus in
tabeſcat, ac ſi tabificum biberit uene-
num. Admonet Plinius ex occultiſſi-
ma illa rerum inter ſe Sympathia, ut fal-
ci apponamus filicem. Verba Plinij ex
Lib. naturalis hiſtoriæ. xviij. iſta ſunt: A
iunt filices, circa ſolſtitium auulſas, nō
renaſci, nec harundine ſectas, aut exara
tas uomeri harundine impoſita. Simili-
ter & harundinem exarari filice uome-
ri impoſita præcipiunt. Illud etiā, quod
de extirpandis ſyluis apud eundem Pli
nium legi, adſcribere non pigebit, quā-
do frequenter accidat, ut piſcinas in ne

incidit, quod dolia exhaurit intactis operimentis, & quo matres grauidæ, partu exanimato, uiuunt, citra ullum aliud incommodum. Cæterùm quoties Cyprini non ex ſydere, ſed ex uitiata corruptáq; in piſcinis aqua, infeſtātur, aut ſi quando ob exiguum humorem malè ualere incipiunt, aduerſus utrumque incommodum, largiorum nouarum recentiúmq; aquarum ſubmiſſio, ualde commodat. Interire autem piſces, ſi in exigua nimis aqua diutius ſtabulentur, non aliter quàm cætera animantia, ſi in exiguo aêre claudantur, eximius animalium naturæ indagator Ariſtoteles teſtis eſt. Quin ſi accidat, ut uel aliunde piſcibus immineat pernicies, ut à Verbaſco in piſcinas proiecto, aut à Cyclamini radice, quam ideò ἰχθυοτέραν cognominant, aut à lacte Tithimali herbæ, quam aliqui caprinam lactucam, Cornelius marinam appellat: tunc item nihil magis expediet, quā

aquas mutare renouaréq;.Hoc eodem lacte Tithymali, si corpus alicuius inscriptum,& posteaquam inaruit inscriptio,cinere consperſum fuerit, narrant ita apparere literas,ut illas uel adultera queat legere.Super hæc. exitium piscibus aristolochia molitur; siquidem refert Plinius, se coràm à piscatoribus Cãpaniæ contusam,immixta calce in mari sparsam fuisse, miráq; cupiditate pisces aduolasse, ac statim exanimatos fluitasse.Est & cannabis succus amarus piscibus mortifer, propter quod nos; qui in regionibus nostris tum cannabi tum piscinis abundamus,lege atq; mulcta uetamus, ne cui liceat cannabim iuxta piscinas macerare. Contra Apiũ omnibus piscibus morbo laborantibus,maximè est salutare, hoc ipso Plinio li. xx.in hæc uerba prodente·Pisces quoq; si ægrotent in piscinis,Apio uiridi recreantur. Nunc ad Autumnum properemus.

QVID

QVID IN AVTVMNO curatori agendum. Cap,7

SI piſcatus in Autumno ceſſauerit, fueritq́ in tempus uernum dilatus, cura autumnalis ad piſcinas plus penè ſolatij quàm negotij præ ſe fert: Nempè Aucupium, quod feri de ſe anſeres & anates, ad piſcinas in autumno conuolá tes, non ſine uoluptate præbent. Quan to ego ſæpenumero affici gaudio, quan ta lętitia efferri aucupes à piſcinis reuer tentes ſpectaui, cum hero coràm captos anſerum, uel anatum, manipulos re cenſerent, cúmq; uiciſſim herus eorũ aucupium, quaſi rem plauſibilem, non uoce ſola, ſed nonnullo præterea aucta rio addito approbaret, ut eſca tali ue lut ineſcati, libentius aucupium repete rent, penúmq; domini ſubinde inſtruerent: Habet tamen & ipſe autumnus cu ram ad piſcinas aquis & Cyprinis completas peculiarem: quam qui per tempus curatores obierint, plurimum futu

ro incremento Cyprinorum conferũt. Ea eſt, ut ante hyemis aduentum, aquæ ex piſcinis, marginum tenus ſubducantur, ut illi ipſi margines aquis denudati, ſiccatiq́; pruinis & gelicidijs hybernis fermentétur. Sed caueto, ne cũ ſupuacaneis aquis, neceſſarias quoq; ex piſcinis ſubducas: multò enim ſatius eſt fermento carere, quàm de ſalute piſcium ob inopiam aquarum periclitari, præſertim ſi hyems immineat, de glacie & niuibus altioribus ſuſpecta. Eodẽ Autũno ſæpe immenſum cœlo uenit agmen aquarum: fac igitur, ut ſeptis & cannalibus emiſſariiſq; recluſis cuiuis per tempus occurras tempeſtati, antequam illa ſuperueniens, calamitatem aliquam ſecum piſcinis afferat.

DE HYEMALI PISCINARVM procuratione. Cap. 8.

NOn ſunt, quãq́ eſſe uideãtur, ne hyeme quidem circa piſcinas Halcyonia.

cyonia. Nam glacies ipſa, quæ tranquil litatem tunc & ſecuritatem tutoribus piſcinarum polliceri putatur, quia circum undiq; rectos & clauſos teneat atque cuſtodiat piſces: magnum ex ſe periculi metum minitatur, ne mole uidelicet ſua & craſſitudine piſces in piſcina ſtrangulet, dum facultatem hauriendi liberè, reddendíq; ſpiritum illis adimis. Non rarò enim duobus pedibus, & eò amplius, alta glacies piſcinis incũbit, ad eandémq; altitudinem nix ibidem ſæpius adaucta animam piſcibus præcludit, ſi curator non interuenerit, qui & niuem compluribus ex locis piſcinæ ſubmoueat, & ſcrobes in ijſdem locis, perfecta ſecuri glacie, adaperiat, per quos ſe uegetabilis aura piſces rurſus ualeat recreare. Signum euidens imbecillitatis Cyprinorum habetur, ſi uélut anhelantes oſcitantéſq;, ad ſcrobẽ apertum conglobantur. Nam integri & uegeti, aut nuſquam tunc comparẽt,

aut si quando apparent, subitò indè dilabuntur. Nihil in tali casu magis profuerit, quàm nouas ex flumine admittere aquas, quæ ueteres expellant. Spectaui ego non semel, cùm deficiente flumine, non esset, unde uetus expulsa è piscina aqua, renouarerur, Cyprinos languidiores circum scrobem oberrantes reticulo excipi, atq; inde ad uicinum flumen reficiendi causa transferri. Sed hãc prouinciam obire in magnis piscinis, in magnáq; piscium multitudine, quis facilè queat? Forsitan melius, Petrus Rosensis, Procerum in Boemia nobilissimus, bonísq; literis eleganter excultus, suis consulebat piscibus, excogitata machinula, & rotis, quarum crebra ad piscinas uersatione, uitium aquarum quod ex longa quiete contraxerant, bellè perpurgabat, uirésq; ita piscium, putore affectas, recreabat. Super hæc custos hyberno tempore inuigilet, ut uecturas operarias, quas coloni nostri

ex more

ex more obeunt,in deuehunda materia ad piſcinas ſarciendas neceſſaria, confi ciat, tunc cùm niues adhuc ſuperſunt, cúmq; trahis adhuc ipſi coloni utuntur,quibus multò expeditius,qùàm pa luſtris,robora ſubuehunt. Nam uerno tempore magna cum moleſtia ab agro & aratro auelluntur. Quid igitur fieri quoquo temporis interuallo ad piſcinas conueniat,iam,ut opinor, dictum eſt ſatis ſuperq;.

LIBRI QVINTI Præfatiuncula.


Vintus & ultimus reſtat huiuſce fabulæ piſcinariæ act9, cæteris(quemadmodum in comœdijs fieri ſolet)lætior, quia exitu iucundiſſimo piſcinarijs exoptatiſſimóq; clauditur: Nempe quæſtu & lucro,quod ex piſcatu & piſcium diſtractione prouenit uberrimum. Vt enim non mœret Agricola ex meſſe,nec uinitor ex uindemia, ſed potius ambo

lætantur, cùm fructum (qualem maximè conuenit ex labore capere) percipiant: Ita piſcinarius refertam nummis ex piſcatu thecam nummariam referens, lætum canit plaudite. Igitur primò de piſcatu, & de his quæ ad piſcatum pertinent, dicemus, mox quo piſces modo ad piſcinas ucnundātur, dein quemadmodum ueteraneæ piſcinæ reſtituantur: poſtremò (pro coronide) adijciemus, uiuaria Salárum, quoniam fluuij, qui circum arcem rubram manant, feſtiuam eius generis piſcium nobis copiam ſuppeditarunt.

DE TEMPORIBVS PISCANDI, & quæ ante piſcatum inſtrumenta ſunt præparanda. Cap. 1.

PIſcandi in piſcinis duo tempora eſſe tempeſtiua, uernum nimirum & autumnale, iam anteà indicauimus, cùm da tranſlatione ſeminum Cyprinorum loqueremur, ſimúlq; oſtendimus, utrũ

coũ

eorum tempus alteri præstaret. Sed siue in autumno, siue in uere, piscatus có tingat, fac ut instrumenta, quæ in piscatum opus sunt, ante parata habeas, quá piscari incipias, ne pòst in negotio negligenter incœpto, sine exitu turpiter hæreas. Inter præcipua autem opus est uerriculis minimùm duobus, uno maiusculo, altero minusculo. Illud laxioribus maculis debet esse contextum ut tenuiores pisces transmittat, ac solos grandiores euerrat detineátq; hoc cóntra & maculis & nodis contrahitur, fœtum Cyprinorum in piscinis, aliósq; minoris incrementi pisces, & quos Aristoteles χυτὸς uocat, quasi fusaneos dicas, quia fusim retibus capiantur, irretiat: deinde pòst irreritos interceptósq; pisces. opus est soliis, & uasis minimum bifariam diuisis, ut in alteris capti Lucij in alteris Cyprini seponát, tátisp dú uel ibi statim distrahút uel dilati aduiuaria & seclusoria plaustris & dolijs quæ

ſimiliter ut ſolia adeſſe debent, perue-
hantur. Nam minores piſciculos in naſ
ſis, & quallis, aqua defæcatiore demer
ſis, rectè incluſeris. Itaq; quallos etiam
& naſſas comparatas habere oportet,
& præterea cribra & incernicula fora-
raminibus crebris pertuſa, ut aquam
continuò percolent, ac piſces, quos de
promere ex ſolijs uolumus, contineant
ne ſi ipſis manibus illi ſæpius contingã-
tur contrectentúrq;, iniuriam ex fre-
quenti contactu accipiant, ueneántq;
ob eandem uilius. Et quoniam in piſci-
um minutorum uenditione menſura,
non numero, utimur: uaſcula quoq; ad
certam menſuram dimenſa, qualia ſunt
urceoli, urnulæ, corbulæ, ut ad manum
habeamus curabimus, cuſtodémq; in-
terea, dum piſcatus durat, piſcinis ad-
mouebimus, qui in tuguriolo, ex ſtipu-
lis uel arundinibus temerè congeſtis in
aggere excitato, agat excubias, aduer-
ſus inſidiatores & fures. in eodémq; ag
gere,

gere, palos suo ordine constituemus, in quibus uuida à piscatu retia desiccanda suspendantur, ne illa nobis, ex assiduo in piscinis, cœnosóq; humore, ante tempus corrumpantur.

DE PISCATV CYPRINORVM & Luciorum. Cap. 2.

INstructis comparatísq; ijs, quæ diximus, & si qua supersunt alia, quæ nostram memoriam refugerunt, tum aquis quoq; de piscina, ad quem res postulat modum, subductis, maturũ hinc est auspicari piscatum, hora utiq; matutina, siquidem mane alacri magis animo, piscatores opus aggrediuntur, & pisces non modo tunc capiuntur facilius, sed etiam tractantur securius, die uidelicet nondum à sole percalefacto. Interesse capturæ, si iteretur piscina, plurésq; secundo tractu, quàm primo, trahi, exploratissimè prodit Plinius: eiúsq; rei hæc fortasse ratio erit, quòd altero

tractu, magis quàm primo, aqua in piscinis perturbatur, maioremq́ inde etiã oculis piscium caliginẽ obijcit, quàm ut facilè uitare illi insidiosos laqueos ualeant. Iactis de more plagis primi, plerumq́ Lucij, ijdemq́ maximi, in maculas incurrunt, quoniam auiditate deprædandi summis semper feruntur aquis, atq́ ideo iniuriæ magis etiam opportuni, quando retia item summis maiore ex parte aquis innatant, quæ ad excipiendos lucios intenduntur: Contrà Cyprini, qui fundum piscinæ amant, initio minores, posterius grandiores, illaqueantur. Quocirca piscinarij ad quæstum callidi, quamadmodum Luciorũ indicaturam ad primum statim iactum præcipitant, ita Cyprinorum de industria procrastinant: expectantes, dum peracto ferè piscatu corpulentissimi eorum extrahantur, quos emptori ob oculos dissimulatis uilioribus obtrudãt. Solertiæ Cyprinorum argumentum fuerit,

erit, quòd ubi metus ex intentis retibus ingruit, caput repētè cœno mergũt, ut tantò procliuius cauda lubrica, & retia & piscatores frustrentur. Sanè ipsi piscatores, cùm & à subtrahendis piscibus ægrè manus abstineant, & si diutius in piscina morantur, parum diligenter caueant, ut non proculcent Cyprinos in luto delitescentes: identidem sunt admonedi urgendíq;, ut piscatum maturè conficiant. Nihil autem maturitati sic consulit, ut seclusoria iuxta piscinas cõstituta, ad quæ uel ipso dorso uel humeris baiuli captos atq; extractos pisces transferre facilè possunt: nam labra & sôlia, nec multos excipiunt pisces, nec diu incolumes seruãt, interímq;, quod sanè damnosum est, piscatum in longum differunt.

DE SECLVSORIIS IVXTA piscinas constituendis. Cap. 3.

SI loci situs ita competat, ut in proximo secundum piscinas, seclusoria Cyprinorum collocari queant, non est dubitandum, quin talis situs propter rationem de facili & celeri piscium translatione, iam statim dictam, commodissimus habeatur. Sin minus id fiat, ne sic quidem ab instituto erit cessandũ, sed alibi locus ad hanc rem aptus, ac potissimùm ad prædium, & sub oculis domini, uestigabitur, & postquam inuentus ille fuerit, fossionibus in duos aut eò amplius cubitos deprimetur, extendetúrq; in cubitos duodeuiginti, ultrà citráq;, prout commoditas & piscium frequentia exegerit: Quippe ad eandẽ frequentiam numerus quoq; receptaculorum diffinietur, singuláq; receptacula sic fabricanda erunt, ut ripis circũ undiq; & aggere concludãtur, atq; hac una re piscinis dissimilia habẽtur, quòd in receptaculis per omne, in quadrum spatium, æqualiter sólum infoditur, ri-

písq;

pisćq; quoquouersus clauditur: Cum piscinæ magna ex parte pateant, uadosísq; marginibus restagnent, at cætera penè similia: nam & fistulas, & cãnales & septa, quibus piscium fuga impeditur, ad eum prorsus modum, ad quem piscinæ, recipiunt, tum perennem quoque in propinquo undam desiderant, sed quæ continenter in seclusoria influat, alioqui sine perpetuo undæ recentis influxu Cyprini multa, ut fieri solet, frequentia in seclusorijs stipati non perennant. Eisdem seclusorijs sepes circumstruimus, ut prædonibus aditum præcludamus: Nimirum, ut uendamus, nó ut perdamus, inclusos retinemus Cyprinos. Interdúmq; tantisper retinemus, dum annonæ piscium caritas intendatur, id quod & rei, & uirtuti, & gloriæ esse, prędicat Cato in oraculis suis, quę de re rustica edidit: Nos nunc rationé uel sub glacie piscandi edemus.

QVEMADMODVM IN PISCInis conglaciatis sit piscandum. Cap. 4.

Euenit sæpenumero diebus quadragesimæ, qui tempora sua, ex breuiore longioréq; dierum adipalium interuallo, in singulos, annos uariant, ut piscinæ apud nos glacie adhuc adstrictæ reperiantur. Ne igitur eo potissimùm tempore, quo maximè opus est obsonare piscium obsonium, glacie obstante, piscandi occasio uel differatur, uel à mittatur, arripienda est ratio à uetustis quondam piscatoribus, autore Aeliano usurpata. Nam, ubi de Eridano atq; Istro fluminibus Aelianus agit: in his conglaciatis, dicit, piscatores sinuosum aliquem locùm sibi deligere, cuius glaciem peracutis securibus persecent, indéq; glacie amota, locum eundem lacui similem efficere, iactóq; in lacum amplo uerriculo, ac suo more explicato, pisces uenari. Sic item in piscinis nostri quoq; piscatores Cyprinos uenantur,

tur primũ glaciẽ ad excipula, Cyprinis excipiẽdis propè cannalem instructa, directis in quadrũ limitibus circumſecantes, dein eandẽ glaciem aut cómiunentes, aut ſi amoliri poteſt, amolientes: ſin horũ neutrũ fieri poteſt, propter glaciei magnitudinem, immotã illã relinquentes, ac nihilominus plagis per apertos limites ſupter glaciẽ explicatis deſtinatũ piſcatũ peragentes. Haud uereor ne ſim ineptus, ſi indicauero potius, quàm iactauero, rationes, quas in huiuſcemodi piſcatu fuerim ſecutus ea quadrageſima, quã inuictiſſim⁹ princeps noſter Ferdinandus Boemorũ Pánonúmq; & Romanornm Rex, in Morauiã ueniẽs, de ſummis reb⁹ deliberaturus, Znoymã omnes ordines cõtraxerat. Vt igitur tũ, cùm piſces incẽdebãt ã nonã, uicinos in piſcãdo anteirẽ meos, multas ſimul operas ad perſecẽdã in piſcina glaciẽ, altitudine cubiti craſſã, ſecuribus extruſerã. Feruebat opus limi

tésq; in operas distributi strenuè excauari cœptabantur, donec alij coloni alios in opere anteuenientes, glacié parum adhuc tempestiuè locis quibusdam perrumperent, inductáq; in limites aquarum scaturigine, opus ab alijs cótinuari ꝓpter asperginē prohiberét aderant qui breuiora securium manubria longioribus mutanda esse suaderent, alij dolabram molendinariam, glaciei perfringendæ comparatam, adhibendam. Vtrumq; à me factum est, sed in utroq; etiam molesta aspergo, & mora odiosa fuit. Venit tandem serræ in mentem, si fortè illa operi præsenti adhibita, commodius munere suo defungeretur: bene res ista cecidit. Simulac enim serræ aliquot allatæ, operiq; admotæ fuerunt, continuò opus sine ulla aspergini siniuria procedere, glaciésq; serris facilè cedere properabat, ita ut iam nihil restaret aliud, nisi piscatus, ad quem obeundum sua sponte alacres piscatores

ſcatores accingebāt. Iacta ſunt non ſemel ſupter glaciē retia, caſſo ſemper & irrito conatu. Hic piſcatorū nónulli aquas inſimulabāt, partim ut nimis adhuc in piſcina exūdātes, partim ut ualde liquidas & defæcatas, ideóq; piſcibus facultatē declinādi retia præbētes. Alij retiū epidromides accuſabāt, quaſi pōdere leuiores, quā ut imū piſcinæ ſolū, ubi Cyprini latitarēt, ſatis euerrere poſſent. Additę ſūt ad Epidrōides catenę, ferreę fēeſtræ aliquot proximè limites in glacie erāt aptę, ad cōturbādā & infuſcādā cōtis atq; ſudib⁹ aquā. Nā ultrà ſubduci illa, quā erat ſubducta, citra incōmodū, q̄ ex pondere glaciei īminebat, nó potuit: placuit poſthæc redintegrare piſcatū, ſed ne tum quidē ille ſuccedebat, propterea quòd in tanta craſsitudine glaciei, conti liberè agitari, lutúmq;, ut res poſcebat, cōcire haud poterāt: iubeo indè ego, quatuor ſimul plauſtra ad piſcinā aduehēda figulari lu

to onerari, quæ posteaquam aduecta sunt, eóque loci exonerata, ubi retia à piscatoribus trahebātur: Exclamāt repēte piscatores, aut argillá se, aut Cyprinos detrahere, appropinquātésque ripæ, amplius centum Cyprinos mirifico applausu excutiūt, magnásque agūt gratias, aquæ, luto aduecto, fœdatæ. Iuuat mox iterare iactū, iterúmque ille satis prosperè cessit. post ubi tertiū eūdē repetunt, rursus nihil piscium capiūt, quia rursus illi dilapsi se in uadis supter glaciē sinuosis occultabant. Fortè in ipso reditu, dum aurigæ plaustra inania reuehunt, domúmque redire festināt, piscatores de nuò plagas explicant, ac plures Cyprinos, quàm anteà utroque iactu cōprehēdunt: stupētes admiratione, aurigas reuocant, plaustráque, & equos, per glaciē piscinæ exagitari iubēt, ipsi interim ad piscādū intēti. Quid opus uerbis, quod nulla ratione assequebamur, id casu tandē sumus assecuti, ut felici deinceps piscatu

scatu

ſcatu perfrueremur. Nã piſces q anteà ſine ullo metu fugã adornabãt, tũc uerò & ad ſtrepitũ ſolearũ, quibus equorũ ungulæ, & ad ſtridorẽ cãthorũ, quibus rotarũ orbes in plauſtris, deuinciũtur, cõſternati, omiſſis fuga & latibulis, ad inſidias plagarũ gregatim præcipitabãt, à piſcatoribúſq; nr̃is extrahebãtur.

VNDE ACCIDAT, VT IN ALIIS piſcinis craſsiores, in alijs tenuiores, interdũ etiam in eadem piſcina capiantur Cyprini. Cap. 5.

DVbitare nõ oportet, quin cauſam huiuſce uarietatis præter alias precipuam natura locorum ſuſtineat. Nã ſi illa aliâs tãtũ pollet ut corpora iuxta atq; igenia humana, ualeat euariare, qd mirũ, ſi eadẽ uĩ illã ſuã multiformẽ, in bruta quoq; corpora exprõat? Sic aũt de ea re Cicero in libro, quẽ de fato inſcripſit Inter locorũ, inqt, naturas quãtũ interſit, uideamus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in alijs eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in alijs exiccatos atq; ari-

dos,multáq; sunt alia,quæ inter locũ et locũ plurimùm differũt. Athenis tenue cœlũ,ex quo etiã acutiores putãtur Attici. Crassũ Thebis,itaq; pingues Thebani & ualentes:Hæc Cicero. At simili nos quoq; ratione in Cyprinis nitimur, ut eos alio loco magis,quàm alio, pbatiores inueniri contẽdamus. Boemi primã loci palmã Cyprinis in Boemia uẽdicãt, proximã Morauí, tertiã Slesitæ. Refert deinde quali aqua alant:quippe dulcis quàm amara,tepida quàm frigida, melius nutrit Cyprinos,sicut terra quoq; glebosa & succulenta,quàm exucta & arenosa.Mox aer itẽ crassus inter dũ atq; ĩbrifer, quàm pperuò sudus, & sicc9, deniq; apric9,uados9,& à uẽtis trãquill9 loci sit9,redũdãtiores ac ualẽtiores efficit Cyprinos,quã opac9,tẽpestu osus, & aquis profundus, ut in quẽ sol ægrè penetrare soleat:Sol,inquam, qui non ea modò quæ extant, & supra terram eminent,sed etiam ea,quæ inferius latent

latẽt,& aquis occultãtur, ſuo calore ſo uet,melioráq; & uegetiora facit, ut autor eſt Theophraſt⁹. Nã quòd in una eadémq; piſcina alij Cyprini alijs ſucculẽtiores reperiũtur, id partim ex imparibus Cyprinorũ ſeminibus ex diuerſis ſeminarijs in unã piſcinã trãſlatis, partim ex ſolo, in quo paſcũtur, alibi in eadẽ piſcina pinguiore, alibi aridiore, uſu ueni re plerũq; ſolet. Quanq̃ nõ rarò etiã ex affectione Cyprinorũ quadã peculiari, ex ignota nobis cauſa oborta, habitudo ipſorũ cõmutatur. Simile q̃ddã idẽ Theophraſtus cõmemorat, de his quæ monogena ſunt, unáq; ſortiũtur appellationẽ, quòd alia tamẽ eorũ fœcũda eſſe, alia infœcũda uideant: ut Ilicẽ quãdã eſſe frũctiferã, quandã ſterilẽ, & Alnum pariter, cùm ambæ nihilominus floreſcãt: Id uerò nemo ferè ignorat, piſcinã quamlibet, quæ rarius quàm quæ ſpiſſius fuerit ſeminib⁹ cõſita cõpletáq;, tum ſpecie corporis, tum ſuauitate ſaporis,

multò cómendatiores Cyprinos alere.

ALTERNIS NE AN IN SINGVlos annos, ad singulas Piscinas pisca ri magis expediat. Cap. 6.

MOs hîc ad piscinas quasi solennis retinet̃, ut in singulis piscinis, quę nutriendis Cyprinis destinatæ fuerint, altero demũ anno piscatio celebretur. Nec enim una æstate bim⁹ fœt⁹ piscinę creditus, nec itẽ semp̄ trimus satis per gliscere potest, sed minimũ op⁹ habet, biennij spatio, ad saginã & legitimũ incremẽtũ accipiẽdũ. Id ita, ut statim dixi solẽniter à piscinarijs obseruat̃. Præter hũc tamẽ usurpatũ morẽ Princeps me⁹ Stanislaus diu primus in Morauia ac solus ædificata sibi ad uicũ Medriciũ nõ pœnitẽda piscina, uelut ex nouali face re illã sibi restibilẽ aggressus est, quotan nis eandẽ obserãs ac demetẽs: hac sanè ratione cõplures ei aliæ piscinæ uiliores ad arcẽ & oppidũ, cui Vuischcouo nomẽ, aderãt, nõ in aliã rẽ magis fructu

osæ

olæ, quàm ut fœtũ Cyprinorũ seminarent fouerẽtq́: Eas porrò piscinas sic habet diuisas, ut æqualem ei in singulos ãnos liceat ex illis fœtũ deligere. Deligitúrq́ fœt⁹ trimo nũq̃ minor, nec maior quadrimo, sed uterq́ ex eo numero q lętã indolẽ et ad saginã appositã ꝑ se ferat, quo meli⁹ celeriúsq́ saginetur instruátq́ opimis epulis mensas lautiores ad quas ꝓpter tẽpestiuã ætatẽ, quadriẽnis aut quinquẽnis inprimis uocãt. Nã citra ãnos quatuor fluxa adhuc carne, ultra quinq́ tenaciore insulsioréq́ esse incipit. Nec tamẽ idem Stanislaus solò fœtus delectu est cõtẽtus, sed curat præterea, ut in singulos Autũnos piscatus peragatur, ut ipsa piscina à subductis aquis totam insequentẽ hyemẽ ad recuperandas uires, quas ex humore æstiuo amisit, nacta, uernali rurs⁹ tẽpore succulẽtũ Vernactũ, & alẽdis Cyprinis idoneũ præbeat. Sed nisi copia fœt⁹ Cyprinorũ abũdaueris, hęc piscãdi ratio pa-

cùm piſces rariſsimè langueant, & guſtu approbare illos, uel improbare cuiuis liceat. Aliter autem Boemi atq; Morauí Cyprinos ad piſcinas diuendunt. Illi enim ſuas emptoribus uaſe propemodum urnali admetiuntur, conſtituto prius in ſingulas urnas certo pretio: Iſti per ſexaginta numerant, quoſcunq; extrudunt uenales, contendúntq; certiorem atq; etiam æquiorem uideri ſuam rationem, quàm Boemorum, propterea quòd numerus ſemp ſibi in ſumma cõſtet, nõ itẽ mẽſura, quę ꝑ impari Cyprinorũ magnitudine ſæpius illã ipſam ſummã diuariat. Pretiũ in ſexagĩta Cyprinos ſummũ octo aureolos, minimũ ſeſquiaureũ, Moraui cõſtituũt, pro ſitu uidelicet regiõis, aucta uel diminuta licitatione. Siquidẽ in ea parte Morauiæ quę ad ſuperiorẽ Pannoniã ꝑtinet, ubi nũc Auſtria eſt, bis térq; tãto licẽtur Cyprinos, quàm in ea quæ pertinet ad Sleſitas, qui in locum Quadorum ſucceſ-

ſerunt. Non tamẽ mihi ualde diſplicet Sleſitarum ratio, qua in auctione Cyprinorum utuntur, ſeorſum maximos, ſeorſum medioxumos, & minimos, auctionantes. Vetus enim eſt, æqualitatẽ haud parere bellum: at inęqualitatem diſcordiarum non paruum eſſe fomitem. Statim emptor, & ſine lite, cum uiditore tranſigit, ubi pares ſtatura Cyprẽni uenundantur: Contrà multum litigat, ſi inæquales, & in unam uelut turbam minores cum maioribus confuſos ſibi à uenditore uidet obtruſos: licitatorem enim tunc, qui minimos Cyprinorum digito indicet, eóſq; diſsimulatis maioribus pretio minimo ut liceatur, apponit: uenditor ediuerſò qui maximo, propter eos, qui maximi inter cæteros apparent. In hoc ſanè concordãt Boemi. Moraui, Sleſitæ, ut Lucios uenales, non ad menſuram, ſed ad numerũ ſexagenariũ, uenũ exponãt, ſimilitérq; aliã piſciũ in piſcinis turbã miſcellaneã

omnes

omnes pariter uasculis admetiũt poti⁹, quàm ullo numerant numero. haud enim facile est numero comprehendere turbã. Sed cùm nônihil admirationis plerisq; afferat, accrescentib⁹ piscinis ac piscib⁹ simul quoq; accrescere ãnonæ pisciũ caritatẽ, explicãda obiter reddendáq; causa eius rei esse uidetur.

CVR FIAT, VT AVCTIS PISCInis, pretiũ quoq; Cyprinorũ augeatur. Cap. 8.

CAusa eius rei duplex esse putatur, una domi nata, altera peregrè allata, atq; utraq;, ut uerũ fateamur, producta ex gulæ intẽperãtia, quę sicut nullũ escariæ uoluptati, ita nec sumptib⁹, q̃b⁹ talis uoluptas emit, modũ terminat. In delitijs aũt epularũ, Cyprinũ passim haberi, adeo iã lippis, quod dicit, & tõsorib⁹ notũ est, ut ne ipsi quidẽ lippi & tõsores apud nos sine Cyprino lautiora ineant conuiuia: Vt primores populi taceam, qui eandem in ientacula, prandia, cœnas & commessationes distribu

unt. Simili intemperantia ipse populus utitur, mésásque suas Cyprino, quotiens haberi potest, libentissimè onerat. Populum urbanum rustici sequuntur atque imitantur, eo potissimùm tempore, quo nundinandi gratia oppida & uicos subeunt, non anteà rus inde repetentes, quàm Cyprino, eóque carius redépto, ingluuiem expleuerint suam, quasi nullus æquè saperet, atque ille, qui magno emptus est: ita enim apud Martialé rustica quoque auis canit:

Rustica sum perdix, quid refert? si sapor idem
Carior est perdix sic sapit illa magis.

Domi igitur posteaquam tanta auiditate Cyprinus ab omnibus ordinibus appetitur, quid mirum, si quantùm fames eius crescit, tantùm quotidiè increscat pretium, certatim omnibus ad emendum eundem concurrentibus? Quid deinde foris, nonne omnia ferè per Germaniam superiorem diuerticula Cyprinum apud nos emptum, non solùm oc

cupare,sed etiam pisces se nobiliores anteire deprehendimus? Diuerti iampridem in oppidum Alpinum, cui Aeniponti uocabulum,ad hospitem, ab eodem exigens,ut mihi salares pisces ad cœnam apponeret. Ibi hospes,si pisciũ-inquit,desiderio teneris, aliquantò sua uíores,quàm Salares sint,tibi statim exhibuero: nec cunctatus adfert Cyprinos, paulò antè ex Boemia aduectos, plenóq; ore laudes eorũ celebrat, nũc cum Carpionibus Benacinis, nunc cũ Salmonibus Rhenanis comparans. Me nihil planè aduersante, quòd de gloria meorum popularium agi uidebam, interim tamen poscente,ut dilatis in crastinum Cyprinis, pręsentem mihi cœnam additis salaribus accumularet: Paret hospes,cœnámq; Salaribus,ientaculum Cyprinis instruit, initáq; ratione, carius cyprinos,quàm Salares æstimat, quo ego perspecto,ad comites aio: desinamus posthac mirari, cur pretia Cy-

prinis intendantur, quando pluris eos apud peregrinos, quàm Salares, æstima ri uidemus, nósq; inde non modò ad nouas piscinas amplificandas, sed etiã ad ueteres renouandas, conuertamus.

QVEMADMODVM VETERAneæ piscinæ restituantur. Cap. 9.

HVmor perpetuò in piscinis restag nans, facit, ut illæ ante tempus senescant: tunc autem senescere intelligũ tur piscinæ, cùm ubere ipso terræ succóq; & uiribus per continuam aquarũ redundantiam exhaustis, ad alendos pisces minus habentur habiles, ídq; mali nr̃a plerũq; culpa eis accelerat̃, dũ auidi ad rẽ nimis sum⁹ perpetuisq; fructib⁹, perpetuò etiã piscinas sine ulla remissione, aquis oneramus, obliti quid præcipiat agricolis Virgilius, cum dicit.

Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiêre situ durescere campum.

Conducit autem hoc pręceptum non minus piscinariis, quàm agricolis, ut piscinæ

ſcinæ uidelicet ſimiliter atq; agri reſtibi les ceſſantibus noualibus recreentur & inſtaurentur. Fieri uerò talis ceſſatio atq; intermiſsio in piſcinis ſolet, poſt annum octauum, aut decimum, id eſt poſt quartum aut quintum legitimum piſcatum, qui biennio quolibet celebrari conſueuit. nec diutius quies durat, quàm dum unus in ſe reuoluitur annus, haud ipſe quoq; tunc ſterilis, ſiquidem licet piſcinas humore uacuas, ſeminibus frugum conſerere, meſséq; interim perfrui. licet item poſt unam ſtatim æſtatem piſcari, ſi fœtu Cyprinorum trimo deſiccatam recreatámq; piſcinam repleueris. Cæterùm ſi illæ ipſæ piſcinæ multis annis, multáq; ætate, adeò inueterauerint, ut uiribus planè deficiantur, effœtæq; reddantur, nequaquam tunc ſatis fuerit, uno duntaxat anno requietas illas feriatásq; relinquere, ſed addendus erit alter & tertius ãnus, ad ubertaté repa-

randam,ita ut primus.piſcinas malè af fectas,leui uomere proſcindat, largo ſtercore ſaturet,atq; eo illas ſemine cõſerat,quod in effœto etiam ſolo facilè prouenire ſolet. Cuius generis ſemina ſunt tum Milij, tum Panici, tum Lupini,aliâs ſtercoris etiam uicem præbentis,quotiénsue ſimul cum ſuo ſarculo inaratur.Anno altero pabula iam robuſtiora ſulcis in piſcina exaratis mandare:Tertio frumentaria ſemina quantumuis præualida ſpargere, ſimúlq; metere poteris:ita fiet,ut nullus ſine fructu annus tibi prætereriet,donec piſcina penſionem ſolennem ex piſcatu ſoluere incipiat. Autorē habeo Equeſtris ordinis uirũ longo uſu & experiẽtia probatum,ſemẽ nullũ eſſe, quod ſatũ melius piſcinas pariter atq; piſces opimet,quàm ſemen papaueris,ſi à maturitate ſua in piſcina ipſa relinquat papauer,ut ibidem ſemẽ ex calicibus effundat ſuum.Sed diutius fortaſſe Salares,

quàm

quam dignatio eorum fert, differuntur

DE VIVARIIS SALARVM. Cap. 10

Olim iam ego Ausonio assentiens Salarem eum piscẽ appello, quẽ Vulgò Truttam cognominant. Sic uerò Ausonius salarem suo sibi colore in Mosella sua depingit:

Purpureisq́; Salar stellatus tergora guttis.

Quoniam alter præterea Salar est, & ipse stellulas uelut nobilitatis insigne in tergore præferens, sed nigricantes, quẽ uos Germani Aeschenum nominatis. Vterq́; porrò Salar dictus à saltatu esse uidetur, quia in præcipitibus torrentibus sublimiter saltitat, ac prçsertim purpuratus ille, qui bene alta septa facilè transilit, sed idem claustra perbellè patitur, cum ille alter nigricantibus stellulis stellatus claustrorum impatientissimus habeatur, protinúsq́; ut ex aquis suis in aërem est extractus, moritur. Pri

ori igitur apud nos à piſcinarijs elegantioribus uiuaria nuper inſtitui cœpta ſunt,non ſanè in quæſtum aliquem, ſed in lautitiam,epularúmq; magnificentiam. Inſtituendi autem eorũ ratio, quod ad longitudinem, & latitudinem, ormámq; attinet,conſimiliter ferè ſeſe habet,atq; ſecluſoriorum de quibus paulò antè diximus,niſi quòd uiuaria ſalarum altius deorſum perfodiũtur. Quãtò enim altius reſtagnant aquæ,tãtò diutius rigorem ſuum in fundo retinent quod eſt gratiſsimum ſalaribus. Nam ut liquidas defæcatáſq;, ita frigidas ſemper aquas deſiderant, & ſolum in fundo arenoſum glareoſúmq;,quale,ſi non ad manum adeſt, aliunde arena & glarea aducta,conſterni debet: Tum ripæ uiuarij ſilice per circuitum præmuniri debent,non eò ſolùm, ut ne terra ſubſidat, nullo fulta pariete, ſed etiam ut ſalares habeant ſuas latebras,in quas ſe per æſtum & tẽpeſtates abdere queant.


ant. Ideóque parietes rimosos ac musco duntaxat uiridi interiecto coagmentatos, facimus, ut per foraminum raritates & per musci uiriditatem, eadem ferè copia diuertendi in latebras salaribus fiat, quæ fieri solet, in alueis & ripis fluminum, in quibus, ubi liber est, libentissimè diuersatur. Debet autem fluminis unda assiduo uiuaria salarum permeare quoniam plus obest illis unda stagnans quàm prodest muscus & glarea. Obest insuper eisdam æstus feruida æstate cócitatus, cum alij obiectu arborum & mbra arcent. Quidam glaciem, quam ifrigidandis poculis per totam æstaem in puteis asseruant, uiuarijs immer zunt, simúlque fami per tempus eorum ccurrunt, ne ex illa alter in alterius laienam efferaretur. Esca appositissima abetur soboles Cyprinorum, uel Al urni, uel riuales haleculæ: nam qui ie uusculis minutim concisis, ue l alia car e, saginantur, parum gratum habēt sa

EPILOGVS.

Hæc ferè ſunt, mi Antoni, quæ de piſcinis commemoranda in mentē mihi uenerunt. Nunc nihil aliud admonendum ſupereſt, quàm ut non ſolùm boni, ſed etiam iuſti patrisfamiliâs officio defungamur, quotiens inſtituendis augendíſq; piſcinis curam intendimus nequaquam nos ad imitationem quorundam componentes, qui contemptâ omni æquitate, & præterea in colonos ſuos humanitate, quidam eorum illos agris, alij pratis, alij paſcuis, nonnulli totis pagis, ſubmouēt exturbántq;, ut ipſi in loca uiolenter occupata ſuccedant, Piſcinásq; ſibi in alieno pro libidine cōſtituant: quaſi non liceat, ſine iniuria & incommodo ditioni noſtræ ſubiectorū utilitati quemq; ſuæ conſulere, quēadmodum uidelicet ſibi conſulunt iuris æquitatíſq; & humanitatis cultores, pa

ria nimium, ſi non ampliora, ubiq; loco rum cum colonis ſuis facientes, hoc eſt agros reſtibiles, reſtibilib' nouales, noualib' paſcua loca paſcuis, prata riguis riguis, péſantes. Quòd ſi facultas par pari referendo non adeſt, tertiam amplius quam acceperint partem, in rerum permutatione colono adijcientes. Si meliora his nobis domi unde hæc depromi omnia oportuit, nata fuiſſét, meliora tibi libentiſſimè, mi Antoni, deprompſiſſemus: Nũc pro opibus (ut dicitur) mœnia effecimus, ſi nulla forſitan realia, at ipſa interim nouitate, placitura.

FINIS.



XENOCRA-
TIS DE ALIMEN-
TO EX AQVATILIBVS

Animantium libellus, Græcè
nunc primùm editus,
imperfectus.

Idem Latinè perfectior, Io. Baptista Rasario medico Nouariensi interprete.

ACCEDVNT CONRADI GESNERI
Scholia, in ea Xenocratis quę Gręcè hîc
damus: & eorundem interpretationem Latinam.

2

CL.V. IO, ECHTIO, MEDICO DOCTRINA & experientia summo, ~~CON. GES-NERVS~~ medicus S.D.



Ccepi tandem piscium Oceani Germanici quas ad me dedisti Eicones tam diu desideratas ornatissime Echti: pro quibus ne uerbis tantùm gratias tibi agerē, re ipsa etiam qualecunq; gratitudinis specimen exhibere uolui. Mitto igitur Xenocratis De alimento ex aquatilibus animantium libellum Græcum, (quem opportunè postero quàm tuæ Eicones mihi redderentur die, à Guil. Rondeletio medico in plurimarum Naturæ & artis nostræ rerum cognitione incomparabili, communicatum mihi, qui uiri est candor, accepi:) quamuis mutilū illum, unà cum Io. Baptistæ Rasarij, uiri de re medica optimè meriti, interpretatione Latina, eáq; integra. Hæc inquies nihil ad te: neq; de alieno te oportebat esse liberalem. Atqui Xenocratis nihil hactenus Græcè extabat in publico: & quod nunc prodit fragmentum, id ut Rondeletij beneficentiæ, sic meæ curæ ac diligentiæ debetur. His de meo adieci Scholia: quibus & Græcum libellum, & interpretationem Latinam, passim aut illustrare aut emendare sum conatus. Quod ut plenius efficerem, adhibui etiam plerorunq; libelli huius locorum translationem Latinam, qualem passim in doctissimi ui-

ri Eduardi Vuottoni Angli libris de animalium differentijs inueni. Hanc nostram opellam pro tua humanitate candidè accipere, ac simul pro tua eruditione grauiter liberéq; iudicare ut digneris, enixè oro. Virum quidem te benignißimum eße ut hactenus famæ frequenti facilè credidi, ita mißis illis tot & tam scitis Piscium picturis, re ipsa suauißimè sum expertus: cupióq; doctrinæ etiam tuæ (quam ora multorum prædicant: qua Coloniæ Agrippinæ excellis, vbi medicinam summa cum laude & admiratione factitas) non solum in tantillis istis Scholijs, sed vniuersa mea aquatilium historia, iudicandis ac emendandis, gustum aliquem ac specimen peculiare accipere. Id autem ut perficere poßes egregiè veluti alter quidam Aristarchus, in quàm pluribus aut omnibus, si otium suppeteret: ita uel in paucis facias horis interdum succisiuis, præstantiam tuam ex animo oro & obsecro. Vale & me ama. Tiguri. septimo Kal. Octob. anno à salutifero partu. M.D.LIX.



ENOCRATIS Veteris medici Graeci libellus, quem hic damus, extat in Oribasij Collectorum ad Iulianum libro secundo è septendecim, Cap.58. vnde nos Baptistæ Rasarij interpretationem decerpsimus. Meminit huius authoris Galenus libro.10. de facultatibus simpliciũ medicam. Capite De sanguine uespertilionis: quem qu idẽ pilos sub alis enasci prohibere, rectè inquit Xenocratem tanquam mendacium reprehendisse. Et paulò pòst: Xenocrates (inquit) in primo libro de percipienda ab animantibus utilitate, scribit in hæc uerba: Ad hæmoptoicos admodum utile. Oportet autem hædorum sanguini nõdum concreto plus minus mensura semicotylæ, tantundem admiscere aceti acris, &c. In eodem libro reprehenditur ab eo hic scriptor, in ijs quæ scripsit De illis quæ fiunt in homine. Emplastrum etiam quoddam Xenocratis, & Theriacæ compositionem, alibi describit. & libro.5. etiam de Composit. sec. genera eius meminit. Ab hoc alius esse uidetur Aphrodisiensis ille, homo immodicè curiosus, & à præstigiatura non alienus: quem librũ quendam de herbis, uarijs exoticis earum nominibus refertum transtulisse (nescio ex qua lingua, Aegyptiaca ut uidetur, aut Babylonica) à principio libri ϵ. de simplicium medic. facultatibus refert Galenus. Plinius etiam Xenocratis cuiusdam qui de pictura scripserit, mentionem facit libro.35. Capite.9.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟ ΕΝΥΔΡΩΝ ΤΡΟΦΗΣ.

In contextu uocabulis, ubi quid annotauimus, asteriscum addidimus.

Πεποίηται μὲν ἡ νηχαλέα φύσις σιτίων* ἄθυρμα ταῖς εὐτραπέζοις ἀπολαύσεσι, μέγα δ' ὅλως κἀν ταῖς καθ' ὑγείαν διαίταις. ἐξαλλάσσονται δὲ παρὰ σύγκρισιν ἰχθύες. ἐπεὶ οἱ μὲν εἰσὶ σκληρόσαρκοι, οἱ δὲ ἁπαλόσαρκοι. καὶ σκληρόσαρκοι μὲν φάγροι, κυνόδοντες, βούγλωσσοι, καὶ οἱ πλατεῖς, ὡς ψῆτται, ῥόμβοι. ἁπαλόσαρκοι δὲ, κίχλαι, κόσσυφοι, φυκίδες, καὶ οἱ ὅμοιοι,* εὐδιαφορώτατοι καθεστῶτες. μέσοι δὲ, ὀνίσκοι, βάκχοι, σκιάδες. * Ἔτι οἱ μὲν, πετραῖοι· οἱ δὲ, πελάγιοι. τροφιμώτεροι δὲ οἱ παρ' αἰγιαλὸν ὄχθαις, ἢ ὑδροχόων ἐκροαῖς, κακόχυμοι, καὶ ἄστομοι. Καὶ τὰ πελάγη δὲ διαφέρει. μέτριοι μὲν γὰρ, οἱ κατὰ τὴν ἀδρίαν· οἱ δὲ κατὰ τὸ τυῤῥηνικὸν, ἡδύτατοι. Καὶ

ἕτερ⊙

ἔαρος μὲν οἱ πλεῖστοι διὰ τὸ ὠοτοκεῖν, ἀμείνους, ὡς τρίγλαι· θέρους δὲ, φάγροι τε, καὶ συνόδοντες. φθινοπώρου δὲ * ἵππουροι προσαιτητέοι, καὶ εὔχυμοι ὄντες· * κεστρεῖδαι καὶ λάβρακες, * τρυφερώτεροι.

Παρὰ δὲ ἡλικίας, οἱ μὲν βραχεῖς καὶ νέοι, εὔφθαρτοι· οἱ δὲ κητώδεις, * δύσχοι, καὶ σκληροὶ, καὶ κακοστόμαχοι. οἱ δὲ μέσοι, * μέσως εὐδιοίκητοι.

Παρὰ δὲ τὰ μέρη διαλλάττουσιν. Ἐπεὶ τοῖς οὐραίοις κινοῦντες γεγυμνασμένοι, εὔτροφοι, * τρυφεροί. τὰ δὲ τῶν νηδύων ἅτε λιπώδεις, ἐπιπολαστικοί, καὶ πρὸς ἐκκρίσεις εὔθετοι. τὰ δὲ τὰ νῶτα σκληρόσαρκοι. κεφαλαὶ δὲ πάντως, διὰ τὸ ἀλμυρὸν καὶ λιπῶδες, * ἄτροφοι, καὶ δυσδιοίκητοι· πανύ δὲ εὐέκκριτοι * μαραγείας τε καὶ πάγουρος, καὶ μάλιστα τριγλῶν. Παρὰ δὲ σκευασίας, ὀπτοὶ μὲν τροφιμώτεροι, δυσδιαχώρητοι δὲ, ἑφθοὶ δὲ ὀλιγότροφοι, * ῥᾶστα διαφοροῦντες. Καὶ θαλάσσιοι μὲν εὔστομοι, * εὐκάρδιοι, πρὸς ἀναδόσεις ῥᾶστοι, πλαδαροὶ καὶ μαλθακῆς σαρκὸς ποιητικοί. ποιοῦσι * γὰρ εὐχρόους αἵματος γονίμους λαπακτικοὶ γαστρός. ποτάμιοι δὲ καὶ λιμναῖοι, κακοστόμαχοι, παχυμεροῦς ὕλης δραστικοί, δυσδιάκριτοι. * ὥς τινες οὐκ ἀποδέουσι τῆς θα-

λαπίας ὕλης* ὁ νεδλαῖος κορακῖνος, καὶ ἐν* ῥεί-
νῳ πέρκη, καὶ * ἐν τῇ Βόει λάβραξ, ὅς ἐστιν ἐπου-
στιγμένος: καὶ* ὁ ἀντιιώων, λίμνῃ τε καὶ φαλερ-
νὸς ὁμοφυοῦς ἰχθύος. εὔχυλον γὰρ καὶ * εὐπρόσ-
φορον ἢ ἐκεῖ δίδωσι δίαιτα. πάντων δὲ προ-
κριτέον ἰχθύων τούς τε ἀβρόμους, καὶ πολυπιμέ-
λους, εὐχύλους τε καὶ συμμέτρους. τῶν δὲ ἰχθύων, ἃ
μέν ἐστι* νηχάλεα: ἃ δὲ σελάχη: τὰ δὲ μαλάκια,
τὰ δὲ ὀστράκια: ὧν αἱ ποιότητες. Ἀφύα βρα-
χύτατόν ἐστι, συναγελαστικόν, λοπάσι σκευαζό-
μενον. Ἀλώπεκες, ἵππουροι, θρίσσαι, * λέρος.
οἱ δὲ ἐκ πελάγους φεύγουσιν εἰς ποταμόν, δύσ-
χυλοι, οὐκ εὐστόμαχοι, δύσπεπτοι, ὀλιγότροφοι.
Ἀχάρνης, σκληροφυής, δύσφθαρτος, οὔτ' εὐστόμα-
χος, οὔτ' εὔχυλος. Βελόναι, ῥάμφος * κερα-
τώδεις, οὐκ εὐστόμαχοι, κακόχυλοι, ἄτροφοι, * εὔ-
φθαρτοι. Βῶκες, ἰουλίδες, τράχουροι πρὸς ἐνίων
σαυροὶ καλούμενοι, χάννοι, καὶ πᾶν τὸ τηγανῷ
ἁρμόζον, εὔστομον, οὐκ εὐστόμαχον, * εὔφθαρτον,
ἐπιπολαστικὸν κοιλίας, ἄτροφον. Ἐρυθρῖνος
εὔστομος, στατικὸς κοιλίας, σκληροπαγής, τρό-
φιμος: ἐντατικὸς πρὸς συνουσίαν, εἴ τις αὐτὸν ἐν
οἴνῳ πνίξας πίοι. *Θρανὶς ἢ ξιφίας, κητώδης
ἐστὶ

ἐστὶ* τεμαχίζεσθαι· ἄστομος δ' ἐστὶ* φορᾶς, δυσκατέργαστος, πολύτροφος, βρομώδης. διὸ μετὰ σινάπυος ἐσθίεται, καὶ * λοπάσι. κρεῖττον δὲ * τὸ ὑπογάστριον. Θύννος* καὶ θύννου κοιλία. * Ορκύνος, πηλαμὶς, σκόμβρος, οὐκ εὐστόμαχοι, κακόχυμοι, φυσώδεις, ψαφαροὶ, δυσέκκριτοι, τρόφιμοι. ὧν* τρυφερωτέρα ἡ πηλαμὶς, ἄστομος δὲ καὶ ἄχυλος ὁ κολίας. ἡ δὲ θυννὶς ὑποτέτακται. δύσπεπτος δὲ ὁ θύννος. *Σκιᾶνες, βραχυκέφαλοι, κτένες, χελιδόνες, οὐρανοσκόποι, γαλεοὶ, κύνες, καὶ οἱ ὅμοιοι, κακόχυμοι, βρομώδεις, ἀργῆς* ὄλκιμοι ὕλης γόνιμοι: * Εὐτράπεζοι δὲ σαργοὶ, μελάνουροι, κάνθαροι, εὐστόμαχοι, εὔχυλοι, εὐδιοίκητοι: τροφώδεις δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκκρίσεις εὖ ἔχουσι. Σάλπαι αἱ πελάγιαι, δριμεῖαι εὔστομοι, δύσφθαρτοι, * δυσδιαχώρητοι, τροφώδεις, εὐέκκριτοι: αἱ δ' ἀπ' αἰγιαλῶν σκληρόσαρκοι, κακόχυμοι, ἄστομοι. Βούγλωσσοι, ψῆτται, σκληρόσαρκοι, δύσφθαρτοι, εὔχυλοι, εὐέκκριτοι.

Γλαῦκος μετὰ λάβρακος. ἔοικε γὰρ πάντα αὐτῷ ἧττον, προφέρει δὲ* σκάρου. Ἔλοψ, εὐστόμαχος, γλυκύχυλος, τρόφιμος, εὐέκκριτος.

Ἧπατος* ἡ μαζέας, τρυφερὸς* μέσος, εὐ-

θρυπτὸς, λελυμένος, εὔστομος, δύσπεπτος δὲ καὶ δυέκκριτος. Κεστρεὺς πελάγιος ἄριστος, εὔστομος, δριμὺς, οὐκ ἀπολείπων λάβρακος, εὐδιαχώρητος καὶ οὗτος πρὸς τὸ ξυφερόν· ποταμοῖς διαυγέσι καὶ καθαροῖς νηχόμενος ἀνάχαλᾷ τὴν θαλάττιον σκληρότητα, ἀπὸ τῆς τοῦ γλυκέως ἐπικράσεως. ὁ δ' ἐν θολεροῖς, καὶ ἰλυώδεσι ἐγχώσαις ὕδωρ λίμναις βρομωδέστερος, δυσδιοικότατος, πρὸς τῆς ἰλύος πιαινόμενος. παύυγ' ἀργὴν ἔχων τὴν σάρκα: μεγεθούμενος δὲ, σκληροῦται. Καλοῦσι δέ τινες καὶ πλῶτα τοὺς κεστρέα.* χρὴ δὲ τὸν μέγαν προπωλίσαντα ἡμέραν ἑψεῖν δυσκατέργαστόν τα καὶ* δύστροφον. Ὁ δὲ κίθαρος, κακόχυμος, καὶ οὐκ εὐστόμαχος, δύσφθαρτος, εὐέκκριτος. Κίχλαι, κόσσυφοι, φυκίδες, ἁπαλόσαρκοι, εὔχυλοι, εὐδιαφορώτατοι, ἄτροφοι, πρὸς διαχώρησιν ἐπιτήδειοι. Κόρακος, σκληρόσαρκος, καὶ μᾶλλον αὐξόμενος· βρομώδης, δυσδιοίκητος, εὔστομος,* ἀποδέων φαύλης γονίμου ὕλης:* ὧν ὁ μείων ἡδύτερος. Λάβραξ ἐξαλλάσσεται, ὅσον αὔξεται σκληρότερος γινόμενος. ἄριστος ὁ μείων δυεῖν, εὐστόμαχος, εὔχυλος, τρυφερός. *Αρκος, γλυκύχυλος, τρόφιμος, εὐδιοίκητος

*Quæ hic desũt in Rasarij interpretatione reperies.

οἰκητος, εὐέκκριτος. Τάδε μὲν πρὸς* πελαγίων. *οὐδὲν δεξαμεναῖς ἐναντίον τούτοις, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἀλλεπιχθύων συμβαίνει. Ἄσομοι γὰρ οἱ σύγκλεισοι. ὁ δὲ ποτάμιος* καὶ ψυχροῖς ὕδασιν ὑποδύων ἐκ τῆς θαλάττης, εὔσομος, τρυφερός. ὁ δ' εἰς * λίμνας μεθιστάμενος, ἰλυώδης· Καὶ* συναγόμενος, πιαινόμενος, ἄσομος. οὐίσκος ὁ δριμὺς,* ἄχυμος, δυσδιοίκητος, εὐδιαχόρητος, τρόφιμος.

Σκόρπαιναι σκληρόσαρκοι, διαναιροῦσι σκύβαλα*,*εὔσομοι πρὸς ἔκκρισις. *Σκιαδῆς εὔσομος, εὔχυλος, εὐδιοίκητος, οὐκ* ἀγωγὸς, τρόφιμος. εὐέκκριτος. Σκάρος εὔσομος, δυσδιαφόρητος, εὔφθαρτος, διαχωρητικὸς. ὁ δὲ ἀρτίαλωτος, καὶ μὴ ζωγρείοις ἐγκεκλεισμένος πολλοῖς *. ἐγκάρπις, εὔσομος, ἐπιπολαστικὸς, εὔφθαρτος. Σινόδους σκληρόσαρκος μὲν, οὐκ* ἀτρύφερος δὲ, εὔχυμος, εὐδιοίκητος, τροφώδης μέσως, καὶ οὐκ εὐέκκριτος.

Sequuntur hîc in tranſlatione Latina Io. Baptiſtæ Raſarij duplò plura quàm Græca quæ hîc dedimus.

XENOCRATIS DE ALI-mento, quod ex aquatilibus exi-ſtit, iudicium, Io. Baptiſta Raſario interprete.



Atantium natura cibus exi-ſtit, qui in conuiuijs ſplendidis in delicijs eſt habitus, & magnum quoq; ad ſalubrẽ uictus rationem uſum præſtitit. Differunt uerò piſces ex ipſa compagẹ: ſiquidẽ alij duræ, alij mollis carnis ſunt. Ac duræ quidem ſunt carnis phagri, *ſinodontes, bugloſſi, & lati, quales ſunt* pheſæ, & rhombi: mollem uerò carnem habent turdi, merulæ, fucæ, & eiuſmodi qui facilè digeruntur. Inter hos medij ſunt aſelli, bacchi, umbellæ. Præterea quidam ſaxatiles, quidam pelagij ſunt. Ac magis alũt, qui propè littora, quàm qui aquæ ductuum meatibus mali ſucci, & ori ingrati ferũtur. Iam maria quoque in hac re differunt: ſunt nanq; mediocres

diocres pisces qui in Adriatico, sed qui in Tyrrheno degũt, suauissimi. Quinetiam uerno tempore quàm plurimi, quòd oua pariant, sunt præstantiores, ut mulli: æstate uerò phagri, & synodõtes. * autumno uerò hepatus, qui cum annum excedit, mali succi est. mugiles & lupi, delicatiores sunt. Ex ætate uerò parui & noui facilè corrumpuntur.*Cetacei uerò difficulter in succum cõmutantur, duri sunt, ac stomacho noxij. Qui uerò medium locum tenent, ij medio quoq; modo ad distributionẽ sunt affecti. In partibus quoq; differũt: nam in partibus quæ ad caudam sunt, cùm motu exerceantur, bonum alimentum afferũt, ac* delicati sunt: In ijs uerò quę ad uentrem pertinẽt, cùm pingues sint, tũ fluitãt, tum uerò ad excretiones ritè sunt affecti. in dorso uerò dura caro est. at capita omnino ꝓpter salsum humorem, & pinguedinem non nutriunt, &* difficulter distribuuntur. At facilè admodum excernuntur * maraugiæ &

paguri:ſed maximè omnium mulli .Ex apparatu,aſsi magis nutriunt.ſed difficilius tranſeunt:elixi uero,parum nutriũt, ſed facillimè deijciũtur:itémq; marini ori ſuaues,apti ſtomacho,facillimi ad diſtribuendum, flaccidas ac molles carnes faciunt.nam & coloratos faciũt & ſanguinen creant, aluúmq; ſubducunt.At fluuiatiles & qui in ſtagnis degunt,ſtomacho noxij ſunt,craſſam materiam faciunt, difficulter excernũtur. *& nonnulli non ſunt marinæ materiæ expertes,ut coracinus qui in Nilo naſcitur,& perca inRheno:& inTyberi lupus,qui eſt* ſubſignatus.Itémq; Anniemis, palúsq; in Phalernis,eiuſdem naturæ piſces gignunt.nam pabulum quod illic eis ſuppetit & boni ſucci eſt, & ualde accommodatum.Ex omnibus uerò piſcibus anteponendi ſunt ij, qui uirus non habent,& præpingues ſunt, ac boni ſucci & moderati.Cæterùm ex piſcibus alij natantes,alij chartilaginei, alij molles,alij teſta operti:quorum exponendæ

nendæ sunt qualitates: Apua minimus est, gregarius, & in olla paratur. Alopeces, Hippuri, Thrissæ,* Lerúsque ex mari in flumen confugientia* difficulter in succum mutantur, stomacho non conueniunt, difficiliter concoquũtur, & exiguum alimentum præbent. Acharnes uerò duræ est naturæ, ægrè corrumpitur, nec est stomacho accommodatus, nec probum succũ gignit. Velonæ, quæ rostri cornei sunt, ineptæ stomacho, maliq; succi sunt, non nutriunt, facilè corrumpũtur*. Phocæ, Iulides, Trachuri, qui Sauri ab aliquibus nominantur, & chãni, & cæteri omnes qui sartagini conueniunt,* ori quidem comedendo apti sunt, sed tamen stomacho nó sunt idonei,* & facilè corrumpuntur, fluitant, uentrémque non alunt. Erythrinus ori gratus aluum sistit, duræ compagis est,* ad nutriendum ualet: & ad res ueneras excitandas, si quis eum uino* suffocatum bibat, aptus est*. Thranis, aut Xiphias cetaceus est piscis, et in frusta

ſecatur:ori autem ingratus eſt, ſcaber, difficilis ad conficiẽdum,ualenter nutriens, graue olens:quamobrẽ & cum ſinapi comeditur,& in* olla paratur:eiúsq; præſtantior pars eſt* imus uenter. Thynnus,&Thynnis,colias,* orcyn⁹, pelamis,ſcombrúsq; nõ apti ſtomacho ſunt:mali ſucci ſunt,flatum gignũt,ſcabri,difficiles ad excernendum, nutriũt: quorum * ualentiſsimè nutrit pelamis: colias uerò & ori ingratus eſt,& nullius ſucci:at thynnis ei ſubijcitur. Thynnus uerò difficulter concoquitur. Siones,brachycephali,pectines, chelidones,uranoſcopi,galei,canes,& q ſunt generis eiusdẽ,mali ſucci, et grauis odoris ſunt,*ſegnem materiã trahũt & gignũt.Apti aũt mẽſæ ſunt Sargi, melanuri,canthari,ſúntq; ſtomacho idonei, boni ſucci,ac facilè diſtribuũtur.Pręterea uero*alũt, & apti ſunt ad excernẽdũ.Salpæ aũt pelagiæ acris ſunt ſaporis: ori gratæ,difficulter corrũpuntur,*difficulter ſeparantur,alunt, facilè excernun-

nuntur:at quæ in littoribus capiuntur, duræ sunt carnis & mali succi,& ori insuaues.Buglossi uerò, & passeres durā carnem habent, ac difficiliter corrumpuntur:boni tamen succi sunt, & facilè excernuntur. Glaucus, cum lupo (est enim in omnibus ei similis) minus. Præstat autem* sparo * ellops, stomachóq; est idoneus,succum dulcem gignit,alit, faciléq; excernitur.Hepatus: hemaxias mediocriter alit* delicatus,solutus ori gratus,difficulter uerò concoquitur,et alit,& facilis excretionis est. Mugil uerò pelagius optimus , ori gratus , acer, lupo non cedens . Preterea hic quoq; præterquàm quòd tener est, facilè subducitur: in limpidis quidem ac puris fluminib.natans marinā duritiem dulcis temperiei beneficio remittit: qui uerò in turbidis,& stagnis,in quibus aqua stat,grauioris odoris est, difficillimè distribuitur, cúmq; ex limo pinguis sit redditus, admodum inertem carnem habet:cnm uerò in magnitudinem ex-

creuit,indurescit.nonnulli uerò mugilem,plotem uocant. Citharus & rhombus lati sunt: Rhombúsq; solidus est, difficiliter corrumpitur, qui quidem si magnus sit, quoniam difficiliter conficitur, satis alit:& per unum diem asseruatus coqui debet. at citharus mali succi est,& stomacho non idoneus: ægrè corrumpitur, facilè excernitur. Cichelæ, Cottyphi, phycides, teneræ sunt carnis, boni succi, facilè digeruntur: nó nutriunt, ad alui deiectionem acommodati. Coraxus duræ carnis est:& cum maior est, atq; auctior, grauis odoris, difficilis distributionis, ori aptus:* alienus tamē à malæ materiei sobole:*éstq; cęteris similibus suauior. Lupus uerò uariatur: nam quantò maior est, tantò durior efficitur.* bimestris est optimus, stomacho idoneus, boni succi, tener. Vrsa dulcem succum facit, nutrit, facilè distribuitur,& facilè excernitur. atq; ita quidem de pelagia censendum est. At quæ in piscinis degit, omnia habet

bet contraria, quemadmodum in alijs quoq; piscibus usu uenit. Ori nanq; insuaues sunt ij, qui conclusi uiuũt. Quæ uerò in fluminibus degit, eò quòd ex mari frigidam aquam subit, ori grata, teneráq; est: quæ uerò in* portus transit, limosa, &* coangustata, & pinguis reddita ori ingrata est. Asellus non acris saporis est, boni succi, difficilis distributionis, facilè subducitur, alit. Scorpęnæ duræ carnis *' propter succos sunt, & ob eam causam apparatu indigent: & cùm ad excretiones aptæ sint, *ori quoque sunt gratę. Vmbellæ ori suaues, boni succi, facilis distributionis, non admodum nutriunt, facilè excernuntur. Scarus ori gratus, difficulter digeritur: facilè corrumpitur, & deijcitur, qui uerò nuper captus est, neq; uiuarijs fuit inclusus, multa habet interiora, & ori gratus est, & fluitans, facilè corrumpitur. Synodon: habet ille quidem carnẽ duram, sed tamen non est alimenti expers: boni uerò est succi, ac facilè distri

buitur, & mediocriter nutrit, & facilè excernitur.

QVAE SEQVVNTVR NON ſunt in exemplari Græco quod nos accepimus.

MVllus obſoniorum præſtantiſſimus eſt, & ſtomacho idoneus, & boni ſucci, & ori gratus, caro plana, difficilis ad corrumpendum, & mediocris ad excernẽdum. Differt autem pelagius à ſaxatili, quòd rufus ſit, cinnabaríq; atq; auro ſimilẽ aſpectũ habeat: itẽ mq; barbam fert: his autem inferiores ſunt ij, qui in littoribus uiuunt. Phagrus duræ carnis eſt, difficulter corrũpitur, non facilè ſecernitur. Aurata candidæ carnis eſt, ſolida, condenſa, boni ſucci, facilis diſtributionis, alítq;, & non difficulter excernitur. Congrus nec ori gratus, nec mali ſucci eſt, modicè aptus ad concoquendum, & alendum, & ad excernendum uitio uacans.

DE

DE VRTICA.

VRticæ, quæ etiam acalephæ dicũtur, gratæ ori, & ſtomacho non mediocriter ineptæ: ſed aſsatæ elixis ſunt accommodatiores. Aluum cient, urinámq; magis mouent, quæ poſt purgationem exortæ iuxta calculos, lotæ, & perexiguo ſali mixtæ, atq; ita parum aſperſæ ſunt, ut mediocriter mandi poſſint, et aſſatione cócretę aut uerub⁹ aut ſurculis ſup carbonibus maluæ, aut ſarmẽtorum, ut ualẽter ſoluãt. Cum paſſo autẽ, aut uino mulſo guſtũ excitantes facilè cócoquuntur, faciléq; excernuntur: quæ uero ex paſſo & oleo elixãtur cum alio etiam cõdimento, id quidem ſeruant ut lubricæ ſint, atq; attrahant: ſed & explent, & difficulter cócoquuntur, & aluum magis relaxant.

DE TESTA OPERTIS

GLandes optimæ ſunt, quæ æſtate capiũtur, aptæ, eis ut ueſcamur: quæ quidẽ exoriũtur, ubi aqua dulcis mari admiſcetur. nam & alunt, & dulces ſunt: plærunq; autem in petris educantur. Suauiſſimæ enim ſunt quæ alũt, friabileſq; ſunt, multũmq; ſucci faciũt, ad aluum molliendam accommodatæ, & ſtomacho idoneę, ori gratæ, teneræ & urinam cient. Succus earum ſimplex confici non poteſt: at ius decoctarum ad excretionem ualet. quæ uerò in petris uitam non degunt, acres ſunt, & medicamenti facultatem præ ſe ferunt, & plus uentrem citant, quàm urinas moueant. Glycymerides præſtãtiores ſunt trachibus, inferiores autem peloridibus: hę nanq; ſtomachum diſgregant. earum caro dura eſt illa quidem, ſed nõ expers alimenti: & urinam magis, quàm pelorides cient: aſſatæ autem, mea quidem ſententia, indureſcunt: elixatæ uerò & conditæ ori ſunt gratæ. Ex genere peloridum ſunt hiatulæ. diuerſæ autẽ

ſunt

ſunt atq; uariæ, & longæ, ut Dicæarchiæ in Lucrino lacu: & Alexandrię in portu. ſunt enim dulces, & boni ſucci: quæ uerò ſub Pharo, & Diolco, & Ponto, & inſula, oblongæ ſunt, & aſperæ, glandibus quercinis ſimiles. & æquè ac phagi echinum producentes· albæ autem ſunt duræ, atq; acres. Pectines optimi ſunt, qui ad iuſtam magnitudinem peruenerunt, caui, colore nigriore· præſtant autem uere ac ęſtate ſiquidem eo tempore ad lunæ incrementum maximè augentur. Omnibus autem antecellunt Mitylenęi magnitudine, natura, humoris bonitate. His ſimiles Ionium mare iuxta Illyrida, Hetruriam, Salonas, & Latium producit. Iam uerò & Chios, et uicinæ inſulæ, itémq; Alexandria huius modi piſces ferunt. Pontus uerò multos fert, ſed minutos, & qui ægrè augeantur. dulces ſunt, ac facilius quàm oſtrea concoquuntur. Ex aceto ſumpti ad excretionem accommodantur. & cum ex poſca concoquuntur, dulcitu-

dinis participes ſunt, quam aſſando de ponunt. Pari quoq; modo contriti aluum ſoluunt. ídq; ſiue recentes, ſiue uetuſti fuerint. Parum autem urinam ciẽt, qui buxei coloris ſunt, ſicut oſtrea, non facilè corrumpuntur. Elixi aſſatis ad aluum ſubducendam aptiores ſunt: quíq; magis aſſati ſunt, minus ſucci habent, & difficulter excernuntur. Exiſtimandum quoq; eſt, eos qui in ſuis teſtis aſſantur minus huiuſce incommodi habere & facilius alere, & minus eos perturbare: ualentiores autem aſſati ſunt: quíq; expurgati planè puréq; fuerint, ij grati ori ſunt, & facilè cócoquũtur, & teſtaceis ãteferẽdi ſunt illi, qui ſale conditi ſunt nec admodũ perturbãt, natiuã aũt dulcedinem in muria conſeruant, & urinam mouent; ac candidi quidem & lati, ſunt dulciores. Atq; albi ſunt duri: rufi uerò ſunt uiroſi, & urinam ciẽt: uarij autem medij ſunt, & eorũ aliqui fucis ſunt ſimiles: qui per ſe dati, difficulter cócoquũtur, & tamẽ urinam mouent,

uent. Assumpti uerò pectines remedio sunt ijs, quorum uesica ulceribus sordidis, & crustam habentibus uexatur; siquidem ea expurgant. Buccinæ sunt duriores purpura, & magnitudine ac loco differunt; triplicésque uires habent testæ, colli, & excrementi in testa contenti. Nam scabra substantia piscis aluum sistit, ac præcipuè si assetur: contra magis facit elixa. Collum earum aluum soluit, difficulterque concoquitur; idcirco ex sinapi, uel aceto, aut liquore, aut pipe corrigere ipsum debét, qui eodem uescuntur. Aqua deniq; quæ ex eis emanat, calefacta uentrem subducit; cum eo uerò excremento quod testa continetur, cocta, magis gilua fit, & piscis qualitatem præfert: si uerò totæ decoquantur, maiorem sistēdi uim habebunt: & sitim offerent: quidam uerò eas elixantes læuigant, & æquè ac urticas condiunt, fiúntque ori gratæ. Luna exoriente plenæ, & æstate graciles. Purpuræ maiores, duriores sunt: & earum

coria mediocriter corrumpuntur; colla difficulter conficiuntur, ægrè secedunt, ægréq; corrumpuntur. Aptæ stomacho, pauci humoris sunt, uix mandendo dissolutæ. fundum uerò aut earum excrementum, facilè conficitur, facilè secedit, maiorem piscis facultatē affert, urinam ciet, sudorē mouet, sputum creat. Si quis eo largius uescatur, bilem, nauseámq; facit, & atri humoris copiam gignit: partes autem ad caudam pertinentes, aut extremitates earum, quę eiusdem sunt generis, quæ turbinatæ sunt, omnium sunt aptissimæ, earúmq; usus elixando & assando humorem ex se emittit ori gratum, uentriculo idoneum, aluum subducentem, dulcium urinarum motorem, parum tamen carnis facit, ad cochlearum proportionem. sed & ori suauem odorem conciliat. Ad uini potū incommodę: elixatæ nutriunt; assatæ uerò durę sunt: earum excrementum, quod testa continetur, sistit more buccinarum. Cochleę

chleæ duræ sunt, difficulter cõficiũtur: harum species sunt hæ, teres, quæ tubæ modo sufflat: rotunda, quæ oleum effundit. harum quæ nimis magnæ sunt, ineptæ ad comedendum censentur, quia uirosæ sunt, duræq́ ac bilim creant, & multa eis caro inest, cetaceæq́ sunt. Breuium usus nonnullis placet cum aceto mulso, aut cum folijs uiridibus rutæ, cum oxypipere: quæ uerò quinq́ digitorum sunt, & imam partem acutam habent, quæq́ helices, aut actinophori nominantur, minus quidem carnis, quàm cęteræ cochleæ habent, sed tamen explẽt & superfluunt: at præmadefactæ, & assatæ, atq́ ex aceto sumptæ, accomodatiores sunt. Ac cochleæ omnes incoctæ uentrem perturbant: marinæ uerò uertices habent dulciores: súntq́ teneræ, boni succi, difficulter corrumpuntur, leues comparatione terrestrium: ualẽtiores enim & molliores ad excretionẽ censentur, suauiorísq́ odoris, & ima e-

rum pars stomacho idoneæ. Cochleæ porrò ægrè concoquuntur:cum aceto uerò & succo aperiunt: ut qui eis uescũtur pinguescant:ac cum eruca etiam comedũtur.Lopades minutæ sunt; in quibusdam uerò locis sunt magnæ, ut ab ostreis non absimiles uideantur; maximè in India,sicut cætera omnia nascuntur.cæterum duræ,& pauci succi difficulter conficiuntur, & excernuntur.Coctæ autem & conditæ sunt gratæ ori.Murices salsi,uirosi: eis succurritur liquore cyrenaico, ruta & aceto: uentrem turbant,urinam cient, ori nõ grati,concoctu difficiles,obstruũt crasso sanguine,pituitam gignunt,& magis adeò recentes,idcirco parãdi sunt cum acribus,ut sinapi,erucáq;:assi difficulter secedunt,magnam sitim inuehunt, grauant:elixati,contriti,& conditi, minus uirosi sunt.sed eadem quæ turbinati faciunt . Mures rotundiores quidem sunt muricibus , sed minores & hirsuti:testámq; tenuem ferunt:ca-

ro ma-

ro magis tenera eſt,& dulcior:ſucci ma gis uarij, minus etiam nutriunt,os mor dicant,faucium deglutitionem conuel lunt,uocem cõdenſant,aut abſcindũt: qui largè eis ueſcuntur,tuſſes ſiccas, & raucitates eis excitant: arenoſi uerò bo ni non ſunt, uel qui in fictilibus figulorum,uel in petris,uel in alga naſcuntur:ſunt enim acres. Oſtra uerò pelagia, rara,et inutilia ſunt, q̃a ea ſol nõ aſpicit, & exiguæ magnitudinis fiunt, amaráq; ſunt,nec eſculenta, quia uentrem mordicant. gaudẽt dulci temperamẽ to immixta, quod carnes dulcesau get: idcirco ad Nili oſtia præcipuè in Aegypto, & in Epheſo ad Caiſtri ingreſſum incluſa, ut ſemina ponunt, & ita creſcunt. Vêre itaq; craſſeſcunt expleta albo humore & lacteo. Præterea Brũduſij, Tarracone, Narbonæ, Dicæarchiæ, in Lucrino lacu, Chelidonia, Leucade, Actio, & Lybico ſinu idẽ fit. Pelorides uerò, aut Melænides optimæ ſunt, quæ ſimiles ſunt oſtreis in ſtagnis.

& limosis paludibus, ubi aqua dulcis immiscetur: Quæ uerò in fundo degũt cùm raræ sunt, tùm etiam insuauiores. His accommodatè utêre ex iure conditis ad alui subductionem: adiuuant cócoctionem, mediocriter secedunt. Pinnæ locorum causæ aptę sunt, teneræq́; bene alunt: ex lutulentis locis captæ, & in quibus aqua dulcis & trãquilla miscetur, quia ab undis non offenduntur, teneræ permanent. Pinnophylaces qui sunt eiusdem alimenti participes, titillantes, ac Pinnas admonẽtes, Pinnæ cósulunt, atq; auxiliantur. ac potius in lapidosis & Pinnis assuetis locis morantur. magnitudinis autem causa Pinnæ minores sunt magis teneræ quàm maiores. Verno autem tempore atq; æstiuo captæ longè excellũt ijs, quæ alio tempore capiuntur. nam pręterquàm quòd bonam alimoniam dant, dulces etiam sunt, cùm tunc oriantur. & magnitudinis ratione, quæ non magnæ sunt, alijs præstant. mediæ carnem habent

bent mollem, albam, dulcem. Earum dura sunt colla, concoctúq; difficilia, & quę ægrè diuiduntur, & ægrè corrumpuntur: sed earum corpus facilius, quàm collum, corrumpitur. Elixantur oleo dulci, melle, similiter & uino: quę uerò ex aqua elixantur, ijs præter natu ram conchularum, ex sinapi uescimur. assæ duriores sunt elixis, & præsertim quæ uino parantur: præstat enim eas ex liquore, aceto, & sinapi parare. At earum quæ in uino & aceto maduerunt, magis tenera est caro: sed flatum ciet. Scombri uerò duri sunt, conficiũtur ægrè, ac magis etiã ij, q auriculis maiores sunt. cum sinapi uerò & liquore in aceto læuigati accommodati sunt. Solenes, aut auli, aut donaces, mares ac fœminæ sunt, quæ ungues nominãtur. differũt aũt: nã fœminæ mũdæ sunt, & urinã ciẽt, humectãt. parantur uerò aptę: recẽtes uerò ac magni, quíq; nigris quasi uirgis distincti uersicolores sunt, mares sunt; urinámq; turbant. sed omni

moleſtia uacantes redduntur ſale & aceto parati. At uitioſi, & excrementorum pleni ex oleo & ſale ſumpti æquè ac loligines ad potum parantur. Optimi ſunt maiores & craſsiores aſſati, mi nimi dulces ſunt: ac dulciores quoq; fœminę unius coloris. Vêre autem uigent, & florent ſale conditi, inſuaues ſunt. Tethea in limo naſcũtur, & littoribus algæ feracibus: inueniuntúrq; in muſco, alga, & fuco: ſimiliáq; fũgo ſunt plantæ marinæ: præterea uerò qualitatẽ manui indunt, quę difficulter abſtergeatur: maximè uerò eorum coria nõ cõficiuntur. auxiliantur autem renibus, aut quibus uitiatus eſt ſtomachus: & quos tineſmus exercet: & coxendicis morbis laborantibus & uentri ſuperiori unà cum ruta. Secãtur etiam, & lauãtur, ac liquore cyrenaico, & ruta, muria, & aceto, uel ex aceto condiuntur, éſtq; operæpretium ea cum uiridi menta cõficere: præſtãtiſsima uerò in Smyrna inſula Aſiæ naſcuntnr. Aegyptus uerò hęc

rò hæc non fert omnino. Tellinæ, siuè Xiphydria, aluum subducunt: locis arenosis proueniunt, & portubus undis agitatis. fluuiatiles tellinæ maiores sunt, & plus succi habent quales Aegyptiæ sunt. Elixatæ sunt dulces, earúmq; ius aluum soluit: clausæ uerò sale spargũtur, & per testas humorem trahunt: frigida lauantur aqua, & ex oleo & aceto, uel menta, uel ruta comeduntur. Qui aluũ soluere uoluerint, eas solubili apparatu cum oleribus condient: quæ florem ætatis agunt, si comedantur, uêre sunt optimæ. Ex chemis asperas nonnulli glycymaridas appellant: alij conchas uocant. quæ longiusculę sunt sed minores, q̃ quæ in Aegypto uisuntur, quæ in sectione asperitates habent glãdium quercinarũ asperitatib. non dissimiles: in longitudine uerò uirgatæ sunt, & eruptiones à cæteris differẽtes habẽt: quæ uerò gustatui maris odorem repræsentant, durioris sunt carnis: dantúrq; imbecillis. Aqua ab eis manans stomacho

est idonea, & uentri in transitu: eędem
sale conditæ trahere urinas possunt. os
itidem iuuant comedendo, & præser-
tim ex sinapi, aut aceto, & ruta. Leues
autem chemæ maximè differunt ab as-
peris: habent enim latam testam, et pel
lucidam: ac facilè concoquuntur, bo-
ni alimēti, boníq; succi, ac dulces sunt,
& non iniucundæ stomacho. Ex liquo
re Cyrenaico, & sinapi eis elixis & assis
uescimur: coctarū iusculum soluit uen
trem. At glycymarides iucūdiores sunt
conchis, quæ læui testa sunt: sed minùs
quàm pelorides. differunt autem ex lo
corum situ: ut pelorides uarietate, ac
figura: nam quæ in portu Alexandriæ
inueniūtur, optimæ sunt. quæ uerò pro
pe Diolcum & Pharum & Pontem te-
retes sunt atq; asperæ: quæ uerò auricu
læ nominantur, prope petras nascūtur,
duræq; sunt, difficulter cōcoquuntur,
ori insuaues, & alienæ stomacho, & per
aluum secedentes. cum ruta exhibētur,
cum non alia ratione gratæ fiant: ma-
gnę

gnæ in Illyrica naſcũtur in Ionio ſinu: atq; ex Cyrenaico liquore, aceto & ruta comeduntur.

DE PISCIBVS CETACEIS ſale conditis.

SAle conditi piſces cómuniter quidem ſunt ori grati: ſed mali ſucci, & ſtomacho alieni: leniúntq; ac turbant aluum. Ex ſale uerò conditis alij duræ carnis ſunt, alij ſuapte natura humidæ compagis ſunt: alij teneri, alij medij inter hos: alij carnoſi, alij ex pinguedine conſtant: alij uetuſti, alij medij, alij recentes, ex quibus pelagij extenſi ſunt, nuper capti cedentes: medij uerò diuturni, mediocres. atq; alij quidẽ ualde pingues ſunt, & excremẽtorum pleni: minùs illi nutriũt: de cæteris qui duræ ſunt carnis, ij difficulter uitiantur: qui magis teneri ſunt, facilè corrumpuntur. Coliæ ſunt ori grati, aluum mouent. Iberici cæteris præſtãt omnibus. Pelamis exigua naſcitur in Mæotide,

ori grata, facilè corrumpitur, faciléq; excernit. Cybiũ, hoc est cócisa pelamis, quę post quadraginta dies à Ponto in Mæotim reuertitur, ori grata, & boni alimenti: quod uerò Leoræum appellatur, suaue est, boni alimenti, sitim non inuehit. Triton sectum Cybium ægrè uitiatur: solidius est Cybio, in cæteris par. Orycalus est pelamis magna, quæ in paludem non redit, tritoni simi lis: sed quia difficilius uitiatur, ideo insignem uetustatem fert: tritone friabilior, sed oris suauitate illi cedens. facilè uero distribuitur, atq; cócoquitur. Sarda, ita uocatur pelamis longa ex Oceano ueniens, ori grata est, acrimonia Cybio præstans, appetitum excitans, facilè ad excretiones lubricans. Scomber ori gratus, difficilis corruptu, sitim afferens. Laudatissimus est Parius. Sallaméta uerò, quæ ex thynnis fiunt, magnam inter se differentiam ostendunt: alia enim eorum facilè distribuuntur: alia difficulter. Eorum ceruix fit sallamen-

tum,

cum, quod ori gratum est, & ægrè uitia tur, quia est pinguedine uacans, laudatissimum Cumis. Thynni uerò uenter cùm recens est, aptus est ad comedendum: sed uetustatem nó moratur; éstq; stomacho idoneus, ut in genere sale cōditorum: boni est succi, facileq; corrūpitur: sed propter pinguedinem excrementū parit, cæteræ partes melandryæ dicuntur propter similitudinē, quam cum nigricantibus quercus radicibus habent; appetitum excitant sinapi adiuncto: & quia pinguedinis sunt expertes, ideo fit, ut difficilius, quàm imus uēter corrūpantur. Atq; hæ quidem partes propriè & usitato uocabulo τάριχα, hoc est, salsamenta nominantur. Mulli enim & phagri ex India duri existimantur: súntq; cetacei, nec inter puriores marinos adnumerati.


De salsamentis fluuiatilium & palustrium.

EX fluuiatilibus ac paluſtribus Nilus mures, & phagros producit: qui quoniam pinguiſsimi ſunt, ideò elixi ex ſinapi comeduntur: ſi maior eorũ copia aſſumatur, ſupnatant. De media materia ex mugilibus in ſalſamenta cõdiuntur ij, qui ad ſpinam diſſecti ſunt, & Mendeſij uocantur. eugies uerò marini ſunt. Hícq; in fictilibus ſale conditi cibo apti ſunt, qui etiam crudi detracta pelle, & euulſa comeduntur. Ex mugilibus quoq; qui acropaſti uocantur, ſuaues ſunt, & aſsi comeduntur, non ſecus quàm marini, & Mendeſij. Ex coracinis qui ſale conditi ſunt, hemineri dicuntur. ipſíq; aſsi aſſumpti uicem gerunt alicuius autumnalis fructus: híq; non omni tempore, ſed hyeme naſcuntur. fiunt quoq; alia minima ſalſamenta, quibus crudis ueſcimur. Auris proba quidem eſt, ſed aruinam peculiarem quandam inducit. & idcirco cum acribus oleribus ea ueſcuntur: quorum, ut ſit hæc perfecta tractatio, commemora


tio

tio facienda est nobis. Vocantur alia eorum coracidia, alia boridia, alia collia, alia typhlinidia, alia abramidia: quæ omnia stomacho aliena sunt, difficultérq; corrũpuntur, & aluum subducunt.

FINIS.



IN XENOCRATIS LIBELLUM Græcum De alimento ex aquatilibus, & Io Baptistæ Rasarij interpretationem Latinã, ~~Conradi Gesneri~~ Scholia extemporalia.



νηχαλέα φύσις) *natantium natura, Rasarius: ita ut genus sit ad omnia uel pleraq; aquatilia animalia: sicut & Latini quidã poëtæ mutas natantes dixerunt. apparet autẽ sic* ἀ νήχομαι *fieri* νηχάλεος *ut* ἀ νήφω νηφάλεος. *in huiusmodi quidem nominum terminationibus* αλ *syllabam redundare testis est Eustathius. Sed paulò inferius etiam Aquatilium genera enumerans Xenocrates, sic habet:* Τῶν δὲ ἰχθύων ἃ μὲν ἐστι νηχάλεα: ἃ δὲ, σελάχη: τὰ δὲ μαλάκια: τὰ δὲ ὀστράκια, *ubi Rasarius similiter pro* νηχάλεα, *natantes reddit: quod admitti nõ potest. nam sequentes etiam piscium species,* σελάχη *&* μαλάκια, *natant. Hoc animaduertendum, in hac diuisione* μαλακόστρακα *præterita:*

ideóq;

ideóq; νυχάλια ceu speciei unius nomen hoc in loco positum, mihi suspectum esse. Apud alium sanè authorem νυχάλι☉ nomen hactenus nullum reperi.

σιτίων ἄθυρμα) Eleganti metaphora cibum piscium lautiorum conuiuiorum ludos nominat, ut qui oblectationis & condimenti potiùs gratia (vndè & ὄψα per excellentiam dicuntur) à ditioribus appetantur. Αθυρμα quidem propriè lusum puerilem, & lasciuum extra thyras id est fores discursum significat, ut notat Fauortinus Camers.

Synodontes.) Græcus codex noster habet συνόδοντες.

Phesæ) lege Psettæ, id est Passeres.

εὐδιαφορώταται) id est, facillimè digeruntur. cõmodius, opinor dixisset, εὐπεπτότατοι: hoc est, facillimè cõcoquũtur. cõcoctio enim digestionẽ præcedit. & magna ex parte quæ facilè cõcoquuntur, eadẽ & digeruntur facilè: utpote neq; crassa neq; tenacia. (Scarum quidem ἔυφθαρτον δυσδιαφόρητον facit Xenocrates. Tenuiora tamen quædam, & facilia corruptu,

non bene quidem concoquuntur, facilè autem digeruntur. Galenus etiam pisces, quorum mollis est caro, præ cæteris εὐκατεργοστάτους esse docet, quod est, facillimæ concoctionis.

ἁπαλόσαρκοι pisces Xenocrati sunt, qui Gleno similiter & μαλακόσαρκοι dicuntur: pelagij ferè nimirum sunt etiam litorales mollioris carnis, quanquam non adeò ut saxatiles: lautiæ saltem non æquè friabiles, & magis uiscosi. Saxatiles quidem omnes molli sunt & friabili carne, nō tamē simpliciter μαλακόσαρκοι cognominantur. Lege Vuotonum De differentijs animalium libro. 8 cap. 161.

Vmbellæ) σκιάδες, qui & Sciænæ. nisi Σκιαδεῖς legendum sit.

Ἔτι οἱ μὲν, πετραῖοι: οἱ δὲ πελάγιοι.) Sic etiam Rasarius legit, ut in nostro codice Græco habetur. Mihi sanè locus apparet mutilus: & fortè post πελάγιοι addenda hæc uerba, aut similia quædam: καὶ οἱ μὲν πετραῖοι, εὐπεπτότεροι, ἀτροφώτεροι δὲ: οἱ δὲ πελάγιοι, τροφιμώτεροι μὲν, δυσπεπτότεροι δὲ. Tum demum succedant hæc uerba: οἱ ἢ τῶν αἰγιαλῶν ὄχθαις

& ε

&c. sic omnes secundum locum in mari piscium differentias, non solùm nominauerit Xenocrates: sed in alendo etiam facultates singulorum, id quod profitetur, explicauerit. nam in una specie id facere, in reliquis omittere absurdum est. Hæc facilius admittet, qui Rasarium interpretem, alibi etiam plura legisse quàm noster codex habeat, animaduerterit. Nostram de comparatione pelagiorum piscium ad saxatiles sententiam, confirmat Diphilus Siphnius his uerbis, quæ extant octauo Dipnosophistarum Athenæi. τῶν θαλασσίων ἰχθύων οἱ μὲν πετραῖοί εἰσιν εὔφθαρτοι, εὔχυλοι, σμηκτικοὶ, κοῦφοι, ὀλιγότροφοι. οἱ δὲ πελάγιοι, δυσφθαρτότεροι, πολύτροφοι, δυσοικονόμητοι. *Nec est quod quisquam obijciat non idem esse* εὔφθαρτον *&* εὔπεπτον. *Videtur enim Xenocrates eodem utrunque sensu posuisse.* ἄπεπτον *semel atque iterum dixit (in his quæ nunc damus Græcè:)* δύσφθαρτον *autem sæpius: nunquam aliquid simul* ἄφθαρτον, *&* δύσπεπτον: *nec* εὔπεπτον *&* εὔφθαρτον: *& similiter Diphilus Siphnius. Existimarunt enim anti-*

*quorum aliqui concoctionem fieri τὴν φθοραῖ-
τινα. Erasistratus enim (ut in Finitionibus me
dicis legimus) concoctionem fieri putat contri
tione & læuigatione, amplexúq; ventriculi et
ascitij spiritus proprietate; Empedocles autem
putrefactione. Quas opiniones Galenus etiam
improbat ab initio lib. tertij De symptomatũ
causis. At secundum nos (inquit) concoctio, al
teratio in qualitate est: fitq; à ventriculo cibũ
sibi assimilante. Sed cum in concoctione, inge-
sta omnia in unum cremorem seu chylum redi-
gantur, & quoad eius fieri potest permiscean
tur: sic autẽ permisceri συμφθείρεσθαι vocant
philosophi: ita etiam concoctio, φθορά quædã
fuerit. Itaq; apud illos quos dixi authores, εὐ-
φθαρτα accipiemus pro εὔπεπτα: apud ratio-
nales medicos non item. illi enim edulia εὐ-
φθαρτα dixerint, non quæ in ventriculo facilè
concoquuntur, ínq; bonum succum uertuntur:
sed quæ facilè corrumpuntur, & in malum (ut
amarum, acidum, atribilarium) transeunt suc
cum. Hoc quidem fieri potest, ut quædam in
bene constitutis ventriculis εὔπεπτα sint, atq;
eadem*

eadem in calidioribus iusto εὐφθαρτα ac facilè biliescant, in frigidioribus verò ructus acidos corrupta generent. Lege etiam paulò inferius in explicatione uocabuli εὐδιοίκητον. Diphilus Apud Athenæum Mullum simpliciter primum δυσφθαρτον dicit: mox illum qui in sartagine frigatur, δυσπεπτον: Xenocrates inferius Rhombum δυσφθαρτον esse scribit, & mox interpretatur δυσκατέργαστον.

Synodōtes) Σινόδοντες *per iota. rectè autem scribitur etiam per υ.*

Autumno verò Hepatus (præstantior est:) qui cum annum excedit, mali succi est.) Videtur sanè Rasarius pro πραιτητέοι aliud quid legisse, cum verterit, cum annum excedit, quod non probo: sed cum Vuottono potius dixerim, hunc piscem autumno uilescere, (καὶ πραιτητέον, id est improbandum:) quia uitiosum tunc procreet succum. restitui autem ἥπατοι, multitudinis numero, propter sequentia: codex noster ἥπατος habebat.

Κεσρίδαι) *lego* κεσρεῖς *ὁ sicut & Vuottonus, qui uertit: Lupi uerò ac mugiles eo tempore (au*

lumho) gratiores habentur.

τρυφερώτεροι) Vuottonus gratiores interpretatur, Rasarius delicatiores. ego teneriores uel molliores uerterim. Xenocrates enim pro grato & delicato εὔστομον dicere solet: alij ἡδύ. molle autem & tenerum, plerorunq; palato non tam suaue est, quàm quod solidiusculum fuerit, aut χονδρῶδες. itaq; Mullus, cui duriuscula quàm saxatilium caro est, alijs plerisq; praefertur. Lupum maiorem infrà σκληρότερον facit: minorem, τρυφερόν. Partes circa piscium caudam, τρυφερὰς dicit: circa uentrē, pingues. at cum hepatum dicit τρυφερὸν & μέσως εὔθρυπτον, mollem ac mediocriter friabilem reddo. μαλακὸν quidem & ἁπαλὸν nominare nō solet: ut nec alij quidam, quibus haec in usu sunt τρυφερόν. quare pro synonimis accipio.

Cetacei uerò difficulter in succum commutantur) In manuscripto codice nostro Graeca lectio est: οἱ ἢ κήτώδεις, δύσχοι. Rasarius, ut apparet, legit δύσχυλοι. quo uocabulo etiam alibi utitur Xenocrates, ut cum illos qui è mari flumina subeūt pisces δυσχύλους esse tradit. ego δύσχυλον

*χυλον opposuerim euchylo, ut idem sit quod κα-
κόχυμον, hoc est mali succi alimentum. nam
chylum an chymũ pro succo dicamus parum
refert. Mnesitheus apud Athenaeum tradit è
malis maturis εὐχυλότερα εἶναι τὰ γλυκέα, κα-
κοχυμότερα δὲ τὰ ὀξέα. Hippocrates chymos vo-
cat corporis humores, quibus constituimur. at
Platoni & Aristoteli chymus nihil aliud est
quàm gustabilis qualitas, siue sapor. Recentio-
res Graeci, praesertim medici, chymum & chy
lum pro succo qui in corpore animantis genera
tur ex nutrimento, promiscuè dicunt: ut δύσχυ-
μον uel εὔχυλον aliquem cibum dicas nil refe-
rat, non qui bono sapore sit, quem ἡδὺν & εὔ-
στομον nominant, sed qui succum & sanguinẽ
probum procreet. Δυς quidem particula in cõ-
positione modò difficultatem, modò malum si-
gnificat. Ego in hoc Xenocratis loco pro δύσ-
χοι reposuerim δύσφθαρτοι: ut piscium mino-
rum de quibus proximè dixerat, & grandio
rum antithesis rectè procedat: & hi quidem
δύσφθαρτοι sint: illi uerò, ut rectè legitur, εὔ-
φθαρτοι. Haec quod ad uocabula. δύσχυλον e-*

num pro eo quod difficulter in succum uertatur, authorum quenque posuisse nõ occurrit. quod uerò rem ipsam attinet, parum interest. nam in succum cremorémue in uentriculo mutari, & concoqui, uel (ut Xenocrates loquitur) corrũpi, si non idem, omnino tamen proxima sunt: etsi Galenus libro.3. de facultatibus nat. cap.4 subtilius distinguat.

Μέσως δὲ διοίκητοι) *medio modo ad distributionem sunt affecti, Rasarius. mihi quanquã alioqui ad distributionem potiùs quàm concoctionem uerbum* διοικεῖσθαι *retulerim, hoc in loco minùs propriè ab authore pro* εὔπεπτοι *positum uidetur. dixit enim paruos pisces,* εὐφθάρτους *esse: magnos & cetaceos,* δυσφθάρτους: *nunc eos qui media magnitudine sunt, medios etiam utrorumque facit, inter faciles & difficiles concoctu. atque ex hoc etiam loco* εὔφθαρτον *pro* εὔπεπτον *à Xenocrate poni apparet: cui opponitur* δύσφθαρτον: *cum inter hæc duo medium τὸ μέσως διοικούμενον ponatur.*

Diphilo pelagij pisces comparati Saxatilibus, sunt δυσφθαρτότεροι, πολύτροφοι, δυσοικονόμητοι

δυσοικονόμητοι: quorum ultimum interpretor, digestu difficiles. δυσοικονόμητον autē εὐδιοικήτῳ opponitur. Melanuri, Canthari, sunt εὐστόμαχοι, εὔχυλοι, εὐδιοίκητοι, τροφώδεις τὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκκρίσεις εὖ ἔχουσι: Xenocrates infrà, naturæ quodammodo ordinem secutus, & certos deinceps gradus ab eustomacho ad εὐέκκριτον usq;.

bonū alimentū afferūt ac delicati sunt.) εὔτροφοι, τρυφεροί. De uocabulo autē τρυφερὸς, paulò ante dictum est.

δυσδιοίκητοι) difficulter distribuuntur, Rasarius. superius quidem author εὐδιοίκητοι posuit pro εὔπεπτοι. et hic quoq; δυσδιοίκητοι cū pro δύσπεπτοι accipi licet: tū pro δυσανάδοτοι.

Maraugiæ) codex noster habet μαραγέας: quod nomen suspicor esse deprauatum. Pagurus quidem non simpliciter est εὐέκκριτος, nisi cum iure suo sumatur, (quod per se etiam aluum mollit,) in quo humorem salsum deposuit. & nimirùm etiam Mullus similiter: ipsum enim Mullum sistere aluum Diphilus docet: & meritò, cum dura & friabili sit carne.

καὶ μάλιστα τρίγλων) Rasarius legit τρίγλαι.

ῥᾷστα διαφοροῦντια.) facillimè deijciuntur, Rasarius. citiùs permeāt, Vuottonus. ego Rasarij interpretationem hîc præfero, qui pro διαφοροῦνται uidetur legisse διαχωροῦνται, ut ijdē sine qui alijs uerbis à Xenocrate πέσσ διαχώρησιν ἐπιτήδειοι, εὐδιαχώρητοι, διαχωρητικοί, εὐέκκριτοι dicuntur. Hunc quidem sensum ipsa etiam sermonis antithesis postulat, ut δυσδιαχωρήτοισ & δυσδιακρίτοισ opponantur.

εὐκάρδιοι.) apti stomacho, Rasarius. probè. καρδία enim non solùm cor, sed etiam stomachū, hoc est, os ventriculi aliquando significat. Mox quidem fluuiatiles his opponens κακοστομάχουσ facit.

ποιοῦσι γὰρ εὐχε.) pro γὰρ malim δὲ uel καί.

αἵματος γονίμουσ,) scilicet ποιοῦσι. malim γόνιμοι, ut subaudiatur εἰσί. sic etiam infrà, ἀργῆσ ὕλησ γόνιμοι.

δυσδιάκριτοι) nec tam facilè permeant, Vuottonus. difficulter excernuntur, Rasarius: cui adstipulor. sic enim fluuiatiles δυσδιακρίτους, marinos uerò γαστρὸς λαπακτικοὺσ contrario

ὑπὸ sensu fecerit Xenocrates.

ὥς τινες ἐκ ἀποδέουσι τῆς θαλαττίας ὕλης) & nonnulli non sunt marinæ materiæ expertes, Rasarius. Sunt tamen & inter fluuiatiles, qui marinis minimè cedũt, Vuottonus. legi potest ὧν τινες.

ὁ νειλῷος κορακῖνος,) ut Coracinus qui in Nilo nascitur, Rasarius. ut in Nilo Coracinus, Vuottonus. Græcè legerim, ὡς ὁ (uel ὅ, τε) Νειλῷος Κορακῖνος. Nascatúr ne uerò in Nilo, an è mari subeat id flumen, dubitari potest.

ἐν Ρίνῳ πέρκη,) in Rheno Perca, Vuottonus & Rasarius. scribemus igitur Ρήνῳ per η. Laudatissima quidem hodiéque è Rheno Perca est: & vulgus etiam Germanorum, Perca Rhenana saniorem hominem dictitat, quem maximè inculpata sanitate frui significat. quomodo tamen Xenocratis seculo huius piscis fama ad Græcos peruenerit, miror.

ἐν τῷ Βύβρει λάβραξ) in Tyberi Lupus, Rasarius & Vuottonus. Tyber quidem fluuius (qui & Tiberis, Tyberis ac Tybris dicitur) Græcè Τύβρις, ac Τύβερις scribitur: Stephano Θύμ

βρις & Τίβερις. Sed hoc notandum, Lupũ in Tyberi à marino non differre, præterquàm loco, & è mari ascendere. Percã uerò in Rheno, genere diuersam esse à marina. Fluuiatiles Percas longè inferiores esse bonitate marinis Rondeletius nos docuit: sed inter fluuiatiles cæteras Rhenanæ præstant: ut & alij pleriq; eius fluminis pisces, cæteris eiusdem generis fluuiatilibus præferuntur. Sunt tamen, præsertim piscatores accolæ, quibus sanè eo nomine minus debetur fidei, qui Danubij pisces Rheni piscibus anteponãt. Coracinũ quoq; Nili doctissimus uir Fr. Massarius à marinis genere differre putauit. eius uerba, qui uolet, legat in Corollario nostro de Coracino A. paulò post initium. Porrò cum fluuiatiles quosdã marinis nõ cedere dicitur, itáne medici sentiant, salubritatis: an vulgus saporis tantùm ratione habita, considerandum.

subsignatus) ἐπεστιγμένος *in nostro codice est: & sic apud Oribasium quoq; legitur. Columella Lupos uarios dixit. Rasarius uidetur legisse* ὑπεστιγμένος*, quod non placet.*

καὶ ὁ

καὶ ὁ Ἀννιόων, λίμνητε &c.) itémq; *Annienis, palúsq; in Phalernis, eiusdem naturæ pisces* (*piscem potiùs, nempe Lupum ut Vuottonus etiam vertit*) *gignunt, Rasarius. Optimis quoq; marinis piscibus æquari tradit Xenocrates fluuiatiles Lupos, maculosos uariósue* (*ita uoco ἐπεσιγμένους*) *ex Tiburtino Aniene, Vuottonus. Anio uel Anien* (*prima breui, Propertio, Horatio, Silio*) *fluuius est in agro Tyburtino, qui in Trebianorum monte ortus tres nobiles lacus in Tyberim defert, & per Tyburtinum agrum decurrens cataractam facit. Et præceps Anio, & Tyburti lacus, Horatius. Quiq; Anienis habent ripas, Propertius.*

εὐπρόσφορον) *uade accōmodatū, Rasarius. poterit etiā uerti, facilè parabile, hoc est copiosū.*

νηχάλεα) *Vide à principio statim Scholiorum nostrorum.*

ὧν αἱ ποιότητες) *apparet vocabulum aliquod deesse, quod expleuit Rasarius: quorum* (*inquit*) *exponendæ sunt qualitates.*

λοπάσι σκευαζόμενοι) *in olla paratur, Rasarius, an propter paruitatē innumeri simul in ollam elixandi coniiciuntur, ut apud nos alicubi percu*

læ minutæ, quæ ſic elixæ cochlearibus etiam cum pane ſimul cocto è iure deuorãtur, ſed ſimplici, quale ferè ius album dictum, & à Galeno laudatum eſt? Non hoc: ſed certum apparandi & condiendi genus, lopadis nomine intelligitur, quo etiam magni piſces, uel eorum fruſta parantur: & qui in λοπάσιν, *id eſt, ollis (uel potiùs patinis) fiebat apparatus, tãquàm curioſior à Galeno libro. 3. de alimentorum facult. reprehenditur. Piſcibus (inquit) quorum mollis eſt caro utuntur quidam in ſartagine frixis, alij aſsis,* οἱ δὲ ἐν ταῖς λοπάσι σκευάζοντες. ἀλλ᾽ αἱ μὲν μαγειρικῶν λοπάδων σκευασίαι τῶ πίπων ἀπεψίας εἰσὶν αἴτιαι· *Et inferiùs de marinis echinis loquẽs:* Καὶ δι᾽ οἰνομέλιτος αὐτοὺς ἐσθίουσι, καὶ δι᾽ ὑδρογάρου, γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἕνεκεν· καὶ λοπάδας) *ſynecdochicè cibos ipſos qui in patinis parantur, patinas vocat)* ἐξ αὐτῶν σκευάζουσιν, ἐπεμβάλλοντες ᾠῶν τε καὶ πεπέρεως καὶ μέλιτος. *Et non multò poſt principium, in Capite de alimento à greſsilibus animalibus: Quæ nanque aſſantes, aut in ſartagine frigentes mandunt, ea corpori ſiccius dant alimentum: quæ uerò*

uerò

uerò in aqua præcoquunt, humidius. quæ uerò in patinis cōdiūt (ἐν ταῖς λοπάσιν ἀρτύοντες) inter hæc media sunt: quanquam & illa ipsa pro modo conditura, inter se multum discrepant. Siquidem quæ uinum aut garum habent copiosum, ea sunt alijs, quæ ea non habent, sicciora. rursus quæ exiguam quidem illorum portionem, aut sæpe ampliorem habent, aut in simplici ac plebeio albóq; appellato iure elixa sunt, ea prædictis longè sunt humidiora. quæ autem in sola aqua coquuntur, ijs quoq; adhuc sunt humidiora. Sic ille. Tales quidē patinæ & conditiones seu cōdituræ plurimæ in Apicij libris legūtur. Xiphias quoniā durus & uirosus est piscis, cum sinapi comedi solet, καὶ λοπάασι (ἐν λοπάσιν) ἀρτύεσθαι, Xenocrates infrà.

Lerus) λέρος. hoc nomen apud nullū alium authorem legere memini. & fortè hîc non piscis nomen esse debet, sed aliud quippiam quod Vulpeculis, Hippuris, & Thrissis communiter attribuatur: ut ξηροὶ uel σκληροὶ: uel tale quid. nam noster codex post λέρος punctum notat. & mox à nouo principio incipit, ὅτι δὲ

ἐκ πελάγους, &c. Rasarius nescio quomodo legerit: cuius uersio qualis extat, nisi librarij corruperint, hoc in loco planè inepta est. Hippurũ quidem Rondeletius scribit carne esse pingui, suaui & dura, qualis thynnorum est. Vulpeculæ duram, excrementitiam, concoctúq; difficilem carnem habent: & gustu uulpi quadrupedi similem, hoc est, uirosam, grauis ac feri odoris. Thrissas Hicesius acerosas, exuccas & minimè pingues esse tradit: quales si sunt, mireris quomodo authore Diphilo facilè digerãtur.

difficulter in succum mutant) δύσχυλοι. nos suprà pro κακόχυμοι accipiendum ostendimus.

Anadromi. Græci quidam anadromos uocant, qui mari relicto flumina subeunt pisces. Subeunt (inquit Aristoteles) fluuios piscium genera complura, & præstant in fluentis & lacubus, ut Amia, Mugilis. Ego quidem illos præstare dixerim, non quòd salubriores sint: sed quoniam pinguescunt, ut in Salmone & Sturione nobis constat, & suauiores fiunt. Mnesitheus ex marinis piscibus concoctioni contumaces & grauißimos eos esse scribit, qui è mari in fluuios et stagna.

stagna transeant, ut mugil: & summatim, qui cunque pisces in utrisque aquis uiuere possunt. Ipse Xenocrates infrà, Mugilem inquit in limpidis & puris fluuijs marinam duritiem remittere propter aquæ dulcis epicrasin. & Lupum (ut Vuottonus legit: Rasarius, Vrsam) qui fluuios frigidos subierit, commendat.

ῥάμφος κερατώδες) *uidetur addendum* ἔχουσαι.

εὔφθαρτοι) *Si Acus pisces sunt (Hicesio teste) acerosi, minimè pingues: & sine succo, (ἄχυλοι, non ut quidā in Diphili uerbis legunt, εὔχυλοι. sunt enim Xenocrate teste κακόχυλοι,) miretur aliquis quomodo εὔφθαρτοι, id est faciles concoctu sint. Diphilo certè apud Athenæum* δύσπεπτοι *sunt.*

σαυροὶ) *meliùs puto* σαῦροι *penanflexum. etsi apud Galenum quoque libro. 3. de aliment. facult. & Hesychium, oxytonum hoc nomen pro pisce legitur. Sauros quidem Galenus à Trachuris manifestè distinguit. hos enim facit duræ carnis: illos uerò medios inter mollis ac duræ carnis pisces.*

Et cæteri omnes qui sartagini cõueniũt) Græcè legitur, καὶ τῶν τῷ τηγάνῳ ἁρμόζον: hoc est, & quicquid in sartagine frigi solet, ut nõ de piscibus solùm intelligamus.

ori comedendo apti sunt:) εὔστομον: gratum & suaue in cibo, uel inter edendum est.

Phocæ) Βῶκες, id est, Boces uel Bocæ pisces: at Phocæ, Vituli marini sunt.

εὔφθαρτον) id est, facilè corrumpitur: quod si, ut ostendimus, pro facili concoctu à Xenocrate usurpatur, non conueniet hoc loco, sed potiùs δύσφθαρτον. Frixa enim omnia (teste Galeno, libro primo de alimentorum facultatib.) flatum quidem deponũnt, sed difficiliùs coquuntur, magis uentrem sistunt, & alimentum præbent crassum.

fluitant, uentrem non alunt) Lege, fluitant in uentre, non alunt.

ad nutriendum aptus est) τρόφιμος, alimentum præbet copiosum, Vuottonus.

si quis eum uino suffocatum, bibat.) Rubellio in uino putrefactus, ijs qui inde biberint, tædium uini affert, Plinius. In cibo etiam sumpti

Venerem

Venerem concitare dicuntur.

Thranis) Θρανίς, *oxytonum, nescio quàm rectè uocatur &* θορνυδὺς, *apud Hesychium: aliqui cum Carcharia seu Cane marino confundere uidẽtur, & c.* Θρανὸς *uel* θρανίον *inter alia* πάσσαλον *significat Hesychio. est autem huius piscis (Gladij) rostrum instar passali, id est pali uel paxilli. Cerui quidem subulones dicti Latinis à recta & oblonga cornuum specie, Aristoteli passaliæ nominantur.*

τεμαχίδη) *legerim* καὶ τεμαχίτης *uel* καὶ τεμαχίζει. *Pisces magni qui in frusta (quæ Græci uocant* τεμάχη*) secari solent,* τεμαχῖται *dicuntur, teste Varino: ab alijs* τμητοί.

φορᾶς) *scaber, Rasarius: unde apparet eum legisse* ψαφαρὸς, *quod prob o. nã & paulò post* ψαφαρὸς *uertit scabros, nescio quàm commodè. caro quidem eius (etiamsi pinguis est piscis, sed pinguitudine separata à carne) non solùm sicca & arida, sed insuper dura esse uidetur: ut rectè dicatur piscis* ψαφαρὸς, *nõ friabilis quod est* ψαθυρὸς: *quamuis Hippocrates* ψαφερὸν *pro* ψαθυρὸν *posuerit, teste Galeno in Glossis.*

ac

Ψαφαρὸν, αὐχμηρὸν, Varinus.

μετὰ σινάπυος ἐσθίεται, καὶ λοπάσι) pro καὶ ἐν λοπάσι. sic & supra de Apua dixit, ὅτι λοπάσι σκευάζεται: ubi qualis hic apparatus esset explicauimus,

imus uenter,) ὑπογάστριον, abdomen. Hæc fortè pars fuerit in hoc pisce, quæ priuatim Thyrsio (Θυρσίων) dicebatur à Romanis Athenæo teste, qui Carchariæ canis ἥδιστον τὸ καὶ τρυφερώτατον μέρος esse ait, Hermolaus tomũ uel pulmentum Thurianum interpretatur, eundémque piscem Galeoten & Xiphian ab alijs dictum, &c. (confusis nimirum diuersorum piscium nominibus.)

θύννος καὶ θύννε κοιλία) Rasarius, ut appa ret, legit, θύννος καὶ θυννὶς, κολίας id quod lau do: nam & Thynnidis & Coliæ nomina mox sequuntnr.

ὀρκύϊνος, orcyinus, Rasarius. ego Horcynum tribus syllabis, prima aspirata, rectè scribi existimo.

τρυφερωτέρα) Rasarius, legit τροφιμωτέρα. uertit enim, ualentissimè nutrit pelamis. & Di philus

philus quoq; pelamidem inquit cibum esse grauem, copioséq; alere, concoctu difficilem.

Sed fortè τρυφερωτέρα rectè legitur, ut Pelamys (malo enim ultimam per y scribere) sicut ætate minor est Thunno & Horcyno, ita etiam tenerior ac minùs dura sit. Galenus sanè minus crassum & tenacem Pelamidis succum esse tradit, quàm Thynni. & inter salsamenta ut primum locum Sardis seu Sardicis, & Mylis Ponticis tribuit: ita secundum Colijs, Pelamidibus & Sexitanis. Pelamydem quidem Thynno plus alere non est uerisimile: cum Thynni caro, ut crassior tenaciórq; & concoctu difficilior est, ita si concocta fuerit, eò amplius alat. An uerò Scombro etiam & Coliæ collata Pelamys, τρυφερωτέρα dici possit, iam non habeo quod affirmem. De Pelamyde & similibus piscibus plura leges infrà in Capite De cetaceis piscibus sale conditis, ex interpretatione Rasarij. nos enim Græcè eam partem nondum habemus.

Σειῶνες, Βραχυκέφαλοι) *Rasarius Græca nomina reliquit: quæ quidem nos apud alios autho*

ὗτες hactenus nondum inuenimus.

ἀργῆς ὀλκιμοι ὕλης, γόνιμοι) segnem materiam trahunt & gignunt, Rasarius. ego legerim ἀργῆς καὶ ὀλκίμης ὕλης γόνιμοι: hoc est, materiam superfluam (siue excrementiam & uiscosam gignunt. ὀλκιμον enim uiscosum significat. Τῶν ἐχόντων ὀλκιμόν τι καὶ γλίσχρον, οἷον ὠῶν, βολβῶν, ἀκροκωλίων, κοχλιῶν, Heraclides Tarentinus apud Athenæum libro 2.

præterea uerò alunt) τροφώδεις, alibi dicit τρόφιμοι: quorum utrunq; modò simpliciter alere, ut cum dicit, τροφώδεις μέσως: modò bene & multùm alere significat. εὔτροφοι, πολύτροφοι.

difficulter separãtur, alunt,) δυσδιαχώρητοι, τροφώδεις. Vuottonus τρόφιμον uertit, quod copiosum præbeat alimentũ. malim δυσδιαφόρητοι, τροφώδεις: hoc est, uix digeruntur, multùm alunt. δυσδιαχώρητοι enim, quod est, difficilè excernuntur, quò minùs legi posſit, prohibet quod statim sequitur, εὐέκκριτοι hoc est, faciles excretu. itaq; contrarium hoc mendum fuerit superiori, ubi pro ῥᾶστα διαφοροῦντες, admonebamus legendum ῥᾶστα διαχωροῦντες.

γλαύος

γλαῦκος) Rasarius legit γλαῦκος, sicut & Vuot tonus. uerba etiam sequentia in Græco fragmẽto nostro non carẽt uitio. Rasarius obscure uertit. Vuottonus clariùs, sic: Glaucus in omnibus Lupo inferior est: et non minùs à Lupo uincitur, quàm ipse Sparum superat. Legit enim ἥσσων, non ἥσσον.

σκάρου) Rasarius & Vuottonus legerũt σπάρου, quod probo. Idem Vuottonus post σπάρου, sententiam punctọ claudit: qua in re ipsi potiùs quàm Rasario accesserim: ut mox sequatur. Elops stomacho idoneus est.

ἥπατος, ἠμαζίας) Hepatus, hemaxias, Rasarius. Vuottonus hunc locum omisit. mihi post ἥπατος aliud eiusdem piscis nomen, disiunctiua coniunctione intercedente ab authore positum uidetur, sed corruptum: ut fortè legendum sit, Ἥπατος ἢ λεβίας: Hepatum enim aliter Lebiã uocari authores habemus. Vel, Ἥπατος ἢ μαζίας: ut propter suauitatem, præsertim iecoris ipsius, Μαζίας fortè dictus sit. Mazos quidem pisces quosdam nominat Epicharmus.

τρυφερὸς μέσ☉) mediocriter alit, Rasarius.

qui pro nomine μέσος rectè legit μέσως aduerbialiter. pro τρυφερὸς uero non rectè legit τρόφιμος, cùm paulò mox sequatur, δύσπεπτος, καὶ τρόφιμος. Caro quidem eius duritie mollitiéque media est Galeno.

delicatus,) Græcè est εὔθρυπτος, id est, friabilis, ψαθυρὸς, à uerbo θρύπτω, quod est θραύω, per onomatopœiā facto: unde & τρύφος dicitur: & τρυφὴ, ἢ τὸν απαταλῶντα θρύπτει ut scribit Eustathius in Iliados γ.

πάνυ γὰρ ἀργὴν ἔχων τὴν σάρκα.) admodum inertem carnem habet. Rasarius pro ἔχων legit ἔχει. nos ἀργὴν suprà excrementitiam interpretati sumus.

Citharus & Rhombus lati sunt: rhombúsque solidus est, difficulter corrūpitur.) Desiderantur hæc in Græco exemplari nostro.

εὔτροφον) hoc nomen etsi cibum qui bene alat, significet, ut idem sit quod εὔχυλον: accipitur tamen potiùs pro eo quod multum alat. itē passiuè pro eo quod altum atq; nutritum, seu corpore bene habito sit.

ἀπηλλαγμένη φαύλης γονίμου ὕλης) alienus à malæ materiei

materiei sobole, Rasarius. sed cũ uirosus sit, nescio quomodo non malam materiam, seu succum malum generabit. Vuottonus hæc uerba præteriјt. ego prorsus mendum aliquod subesse suspicor.

ὧν ὁ μείων, ἡδύτερος,) id est, quorum qui minor fuerit, suauior est. Rasarius legit τ ὁμοίων ἡδύτερος. uertit enim: estq; cæteris similibus suauior.

ἄριστος ὁ μείων διμηνῶν) Rasarius interpretatur, optimus bimestris, ut pro μείων legerit μηνῶν. Vuottonus, qui magnitudine mediocri est.

Ἄρκτος γλυκύχυλος) Vrsa, dulcẽ succũ facit, Rasarius. Vuottonus hæc omnia adhuc ad Lupum refert, & Vrsæ è Xenocrate non meminit. & mihi quoq; Lupo omnia rectè attribui posse uidetur: quanquam εὐέκκριτον hic facit, Hicesius uerò πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἥσσονα. sed fortè tenellum Lupum εὐέκκριτον dixeris, sicuti & τρυφερὸν & γλυκύχυλον, comparatione maioris. Item Lupum flumina subire scimus, de Vrsa id nemo prodidit, ut neq; de alio crustati generis animalis: nisi quòd apud Aelianum le

E

læ minutæ, quę sic elixæ cochlearibus etiam cum pane simul coćto è iure deuorãtur, sed simplici, quale ferè ius album dićtum, & à Galeno laudatum est? Non hoc: sed certum apparandi & condiendi genus, lopadis nomine intelligitur, quo etiam magni pisces, uel eorum frusta parantur: & qui in λοπάσιν, id est, ollis (uel potiùs patinis) fiebat apparatus, tãquàm curiosior à Galeno libro. 3. de alimentorum facult. reprehenditur. Piscibus (inquit) quorum mollis est caro utuntur quidam in sartagine frixis, alij assis, οἱ δὲ ἐν ταῖς λοπάσι σκευάζοντες. ἀλλ' αἱ μὲν μαγειρικῶν λοπάδων σκευασίαι τῶν πίπων ἀπεψίας εἰσὶν αἴτιαι. Et inferiùs de marinis echinis loquẽs: Καὶ δι' οἰνομέλιτος αὐτοὺς ἐσθίουσι, κἀ διὰ γάρου, γαστρὸς ὑπαγωγῆς ἕνεκεν: κἀ λοπάδας) synecdochicè cibos ipsos qui in patinis parantur, patinas vocat) δ' ἐξ αὐτῶν σκευάζουσιν, ἐπεμβάλλοντες ᾠῶν τε καὶ πεπέρεως καὶ μέλιτος. Et non multò post principium, in Capite de alimento à gressilibus animalibus: Quæ nanque assantes, aut in sartagine frigentes mandunt, ea corpori sicciùs dant alimentum: quæ

uerò

uerò in aqua præcoquunt, humidius. quæ uerò in patinis cōdiūt(ἐν ταῖς λοπάσιν ἀρτύοντες) inter hæc media sunt: quanquam & illa ipsa pro modo conditurae, inter se multum discrepant. Siquidem quæ uinum aut garum habent copiosum, ea sunt alijs, quæ ea non habent, sicciora. rursus quæ exiguam quidem illorum portionem, aut sæpe ampliorem habent, aut in simplici ac plebeio albóq; appellato iure elixa sunt, ea prædictis longè sunt humidiora. quæ autem in sola aqua coquuntur, ijs quoq; adhuc sunt humidiora. Sic ille. Tales quidē patinæ & conditiones seu cōdituræ plurimæ in Apicij libris legūtur. Xiphias quoniā durus & uirosus est piscis, cum sinapi comedi solet, καὶ λοπάσι(ἐν λοπάσιν) ἀρτύεσθαι, Xenocrates infrà.

Lerus) λέρος. *hoc nomen apud nullū alium authorem legere memini. & fortè hîc non piscis nomen esse debet, sed aliud quippiam quod Vulpeculis, Hippuris, & Thrissis communiter attribuatur: ut ξηροὶ uel σκληροὶ: uel tale quid. nam noster codex post* λέρος *punctum notat. & mox à nouo principio incipit,* ὁι δὲ

ἐκ πελάγους, &c. Rasarius nescio quomodo legerit: cuius uersio qualis extat, nisi librarij corruperint, hoc in loco planè inepta est. Hippurũ quidem Rondeletius scribit carne esse pingui, suaui & dura, qualis thynnorum est. Vulpeculæ duram, excrementitiam, concoctúq; difficilem carnem habent: & gustu uulpi quadrupedi similem, hoc est, uirosam, grauis ac feri odoris. Thrissas Hicesius acerosas, exuccas & minimè pingues esse tradit: quales si sunt, mireris quomodo authore Diphilo facilè digerãtur.

difficulter in succum mutant) δύσχυλοι. nos suprà pro κακόχυμοι accipiendum ostendimus.

Anadromi. Græci quidam anadromos uocant, qui mari relicto flumina subeunt pisces. Subeunt (inquit Aristoteles) fluuios piscium genera complura, & præstant in fluentis & lacubus, ut Amia, Mugilis. Ego quidem illos præstare dixerim, non quòd salubriores sint: sed quoniam pinguescunt, ut in Salmone & Sturione nobis constat, & suauiores fiunt. Mnesitheus ex marinis piscibus concoctioni contumaces & grauissimos eos esse scribit, qui è mari in fluuios et stagna

stagna transeant, ut mugil: & summatim, quicunque pisces in utrisque aquis uiuere possunt. Ipse Xenocrates infrà, Mugilem inquit in limpidis & puris fluuijs marinam duritiem remittere propter aquæ dulcis epicrasin. & Lupum (ut Vuottonus legit: Rasarius, Vrsam) qui fluuios frigidos subierit, commendat.

ῥάμφος κερατῶδες) uidetur addendum ἔχουσαι.

εὔφθαρτοι) Si Acus pisces sunt (Hicesio teste) acerosi, minimè pingues: & sine succo, (ἄχυλοι, non ut quidã in Diphili uerbis legunt, εὔχυλοι. sunt enim Xenocrate teste κακόχυλοι,) miretur aliquis quomodo εὔφθαρτοι, id est faciles concoctu sint. Diphilo certè apud Athenæum δύσπεπτοι sunt.

σαυροὶ) meliùs puto σαῦροι penanflexum. etsi apud Galenum quoque libro.3. de aliment. facult. & Hesychium, oxytonum hoc nomen pro pisce legitur. Sauros quidem Galenus à Trachuris manifestè distinguit. hos enim facit duræ carnis: illos uerò medics inter mollis ac duræ carnis pisces.

D 5

Et cæteri omnes qui sartagini cõueniũt) Græcè legitur, καὶ πᾶν τὸ τηγάνῳ ἁρμόζον: hoc est, & quicquid in sartagine frigi solet, ut nõ de piscibus solùm intelligamus.

ori comedendo apti sunt:) ἔυστομον: gratum & suaue in cibo, uel inter edendum est.

Phocæ) βῶκες, id est, Boces uel Bocæ pisces: at Phocæ, Vituli marini sunt.

ἔυφθαρτον) id est, facilè corrumpitur: quod si, ut ostendimus, pro facili concoctu à Xenocrate usurpatur, non conueniet hoc loco, sed potiùs δύσφθαρτον. Frixa enim omnia (teste Galeno, libro primo de alimentorum facultatib.) flatum quidem deponũnt, sed difficiliùs coquuntur, magis uentrem sistunt, & alimentum præbent crassum.

fluitant, uentrem non alunt) Lege, fluitant in uentre, non alunt.

ad nutriendum aptus est) τρόφιμος, alimentum præbet copiosum, Vuottonus.

si quis eum uino suffocatum, bibat.) Rubellio in uino putrefactus, ijs qui inde biberint, tædium uini affert, Plinius. In cibo etiam sumpti

Venerem

Venerem concitare dicuntur.

Thranis) Θρανὶς, *oxytonum, nescio quàm rectè uocatur &* θορηνδὺς, *apud Hesychium: aliqui cum Carcharia seu Cane marino confundere uidētur, &c.* Θρανὸς *uel* θράνιον *inter alia* πάσσαλον *significat Hesychio. est autem huius piscis (Gladij) rostrum instar passali, id est pali uel paxilli. Cerui quidem subulones dicti Latinis à recta & oblonga cornuum specie, Aristoteli passaliæ nominantur.*

τεμαχίδες) *legerim* καὶ τεμαχίτης *uel* καὶ τεμαχίζεται. *Pisces magni qui in frusta (quæ Græci uocant* τεμάχη) *secari solent,* τεμαχῖται *dicuntur, teste Varino: ab alijs* τμητοί.

φορᾶς) *scaber, Rasarius: unde apparet eum legisse* ψαφαρὸς, *quod probo. nā & paulò post* ψαφαρὸς *uertit scabros, nescio quàm commodè. caro quidem eius (etiamsi pinguis est piscis, sed pinguitudine separata à carne) non solùm sicca & arida, sed insuper dura esse uidetur: ut rectè dicatur piscis* ψαφαρὸς, *nō friabilis quod est* ψαθυρὸς: *quamuis Hippocrates* ψαφερὸν *pro* ψαθυρὸν *posuerit, teste Galeno in Glossis.*

ἀφαφαρὸν, αὔχμηρὸν, Varinus.

μετὰ σινάπυος ἐσθίεται, καὶ λοπάσι) pro καὶ ἐν λοπάσι. sic & supra de Apua dixit, ὅτι λοπάσι σκευάζεται: ubi qualis hic apparatus esset explicauimus,

imus uenter,) ὑπογάστριον, abdomen. Hæc fortè pars fuerit in hoc pisce, quæ priuatim Thyrsio (Θυρσίων) dicebatur à Romanis Athenæo teste, qui Carchariæ canis ἥδιστον τῶν καὶ τρυφερώτατον μέρος esse ait, Hermolaus tomũ uel pulmentum Thurianum interpretatur, eundémq; piscem Galeoten & Xiphian ab alijs dictum, &c. (confusis nimirum diuersorum piscium nominibus.)

θύννος καὶ θύννε κοιλία) Rasarius, ut appa ret, legit, θύννος καὶ θυννὶς, κολίας id quod laudo: nam & Thynnidis & Coliæ nomina mox sequuntnr.

ὀρκύνος, orcyinus, Rasarius, ego Horcynum tribus syllabis, prima aspirata, rectè scribi existimo.

τρυφερωτέρα) Rasarius, legit τροφιμωτέρα. uertit enim, ualentissimè nutrit pelamis. & Diphilus

philus quoq; pelamidem inquit cibum esse gravem, copioséq; alere, concoctu difficilem.

Sed fortè τρυφερωτέρα rectè legitur, ut Pelamys (malo enim ultimam per y scribere) sicut ætate minor est Thunno & Horcyno, ita etiam tenerior ac minùs dura sit. Galenus sanè minus crassum & tenacem Pelamidis succum esse tradit, quàm Thynni. & inter salsamenta ut primum locum Sardis seu Sardicis, & Mylis Ponticis tribuit: ita secundum Colijs, Pelamidibus & Sexitanis. Pelamydem quidem Thynno plus alere non est uerisimile: cum Thynni caro, ut crassior tenaciórq; & concoctu difficilior est, ita si concocta fuerit, eò amplius alat. An uerò Scombro etiam & Coliæ collata Pelamys, τρυφερωτέρα dici possit, iam non habeo quod affirmem. De Pelamyde & similibus piscibus plura leges infrà in Capite De cetaceis piscibus sale conditis, ex interpretatione Rasarij. nos enim Græcè eam partem nondum habemus.

Σειᾶνες, βραχυκέφαλοι) *Rasarius Græca nomina reliquit: quæ quidem nos apud alios autho*

res hactenus nondum inuenimus.

ἀργῆς ὁλκιμοι ὕλης, γόνιμοι) *segnem materiam trahunt & gignunt, Rasarius. ego legerim* ἀργῆς καὶ ὁλκίμης ὕλης γόνιμοι. *hoc est, materiam superfluam (siue excrementiam & uiscosam gignunt.* ὁλκιμον *enim uiscosum significat.* Τῶν ἐχόντων ὁλκιμόν τι καὶ γλίσχρον, οἷον ᾠῶν, βολβῶν, ἀκροκωλίων, κοχλιῶν, *Heraclides Tarentinus apud Athenæum libro 2.*

præterea uerò alunt) τροφώδεις, *alibi dicit* τρόφιμοι: *quorum utrunq; modò simpliciter alere, ut cum dicit,* τροφώδεις μέσως: *modò bene & multùm alere significat.* εὔτροφοι, πολύτροφοι.

difficulter separātur, alunt,) δυσδιαχώρητοι, τροφώδεις. *Vuottonus* τρόφιμον *uertit, quod copiosum præbeat alimentū. malim* δυσδιαφόρητοι, τροφώδεις: *hoc est, uix digeruntur, multùm alunt.* δυσδιαχώρητοι *enim, quod est, difficilè excernuntur, quò minùs legi possit, prohibet quod statim sequitur,* εὐέκκριτοι *hoc est, faciles excretu. itaq; contrarium hoc mendum fuerit superiori, ubi pro* ῥᾷστα διαφοροῦντες, *admonebamus legendum* ῥᾷστα διαχωροῦντες.

γλαῦος

γλαῦκος) Rasarius legit γλαῦκος, sicut & Vuottonus. uerba etiam sequentia in Græco fragmento nostro non carent uitio. Rasarius obscure uertit. Vuottonus clariùs, sic: Glaucus in omnibus Lupo inferior est: et non minùs à Lupo uincitur, quàm ipse Sparum superat. Legit enim ἥττων, non ἧττον.

σκάρου) Rasarius & Vuottonus legerūt σπάρου, quod probo. Idem Vuottonus post σπάρου, sententiam punctio claudit: qua in re ipsi potiùs quàm Rasario accesserim: ut mox sequatur. Elops stomacho idoneus est.

ἥπατος, ἢ μαζίας) Hepatus, hemaxias, Rasarius. Vuottonus hunc locum omisit. mihi post ἥπατος aliud eiusdem piscis nomen, disiunctiua coniunctione intercedente ab authore positum uidetur, sed corruptum: ut fortè legendum sit, Ἥπατος ἢ λεβίας: Hepatum enim aliter Lebiā uocari authores habemus. Vel, Ἥπατος ἢ μαζίας: ut propter suauitatem, præsertim iecoris ipsius, Μαζίας fortè dictus sit. Mazos quidem pisces quosdam nominat Epicharmus.

τρυφερὸς μέσος) mediocriter alit, Rasarius.

qui pro nomine μέσ𝈉 *rectè legit* μέσως *aduerbialiter. pro* τρυφερὸς *uero non rectè legit* τρόφιμ𝈉, *cùm paulò mox sequatur*, δύσπεπτ𝈉, καὶ τρόφιμος. *Caro quidem eius duritie mollitiéque media est Galeno.*

delicatus,) Græcè est εὔθρυπτος, *id est, friabilis*, ψαθυρὸς, *à uerbo* θρύπτω, *quod est* θραύω, *per onomatopœiã facto: unde & τρύφος dicitur: & τρυφὴ*, ἡ τὸν σπαταλῶντα θρύπτουσα *ut scribit Eustathius in Iliados* γ.

πάνυ γὰρ ἀργὴν ἔχων τὴν σάρκα.) *admodum inertem carnem habet. Rasarius pro* ἔχων *legit* ἔχει. *nos* ἀργὴν *suprà excrementitiam interpretati sumus.*

Citharus & Rhombus lati sunt: rhombúsque solidus est, difficulter corrũpitur.) Desiderantur hæc in Græco exemplari nostro.

εὔτροφον) *hoc nomen etsi cibum qui bene alat, significet, ut idem sit quod* εὔχυλον: *accipitur tamen potiùs pro eo quod multum alat. itẽ passiuè pro eo quod altum atq; nutritum, seu corpore bene habito sit.*

ἀποδέων φαύλης γονίμου ὕλης) *alienus à malæ materiæ*





materiei sobole, Rasarius. sed cũ uirosus sit, nescio quomodo non malam materiam, seu succum malum generabit. Vuottonus hæc uerba præteriit. ego prorsus mendum aliquod subesse suspicor.

ὧν ὁ μείων, ἡδύτερος,) id est, quorum qui minor fuerit, suauior est. Rasarius legit τ̃ ὁμοίων ἡδύτερος. uertit enim: estq; cæteris similibus suauior.

ἄριστος ὁ μείων δνῶν) Rasarius interpretatur, optimus bimestris, ut pro μείων legerit μηνῶν. Vuottonus, qui magnitudine mediocri est.

Ἄρκος γλυκύχυλος) Vrsa, dulcẽ succũ facit, Rasarius. Vuottonus hæc omnia adhuc ad Lupum refert, & Vrsæ è Xenocrate non meminit. & mihi quoq; Lupo omnia rectè attribui posse uidetur. quanquam εὐέκκριτον hic facit, Hicesius uerò πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἥσσονα. sed fortè tenellum Lupum εὐέκκριτον dixeris, sicuti & τρυφερὸν & γλυκύχυλον, comparatione maioris. Item Lupum flumina subire scimus, de Vrsa id nemo prodidit, ut neq; de alio crustatigeneris animalis: nisi quòd apud Aelianum le

E

gimus Squillas in Gangem ascendere, & è mari rubro in Indum. Hoc sanè mireris, si de Vrsa hîc loquitur Xenocrates, cur nullius alterius crustati meminerit, cum Testaceis caput peculiare dicauerit. Adde quòd cum omnes (ni fallor) idonei authores ἄρκον aut ἄρκτον fœminino genere proferant: masculinum à Xenocrate prolatum, (subiungit enim ποτάμιος, ὑποδύνων,) non sit uerisimile. Deniq; cum facultates & attributæ crustaceo generi minùs conueniant, (ueteres enim classici medici crustaceis omnibus carnem duram attribuunt, concoctu difficilem: & succum salsum, quem ubi in iure deposuerint, aluum cohibeant: Xenocrates uerò si Vrsam scripsit, cōtraria ferè ei adscribit,) Lupo uerò præsertim minori, magis, probabiliùs est omnino illa de Lupo adhuc dici: præsertim cum suprà etiam Lupum in Tyberi fluuiatilē laudârit, alios uerò pisces quicunq; è mari fluuios subeunt, ut & Mnesitheus, reprehendat.

τάδε μὲν πεδὰ πελαγίων.) *enallage numeri est.*

est. meliùs πελαγίου. *&* *subinde pro* οὐδ' ἐν, *lege* ὁ δ' ἐν.

ἐν ψυχροῖς) *pro* ἐν *repono* καὶ.

ὁ δ' εἰς λίμνας μεθιστάμενος,) *hoc est, ut qui in lacus transit. Rasarius legit* λιμένας, *quod minùs probo. interpretatur enim portus.*

καὶ στενούμενος, παινόμενος ἄστομος.) *& coangustata, & pinguis reddita, ori ingrata est, Rasarius. ego legerim,* καὶ ἐν τενάγεσι (*uel* τεναγώδεσι) παινόμενος, ἄστομος: *id est, et qui in paludibus pinguescit, ori ingratus est: sicut proximè dixerat, illum qui in lacubus degat, limum resipere. Sunt autem* τενάγη, *paludes & lacunæ, quas* ἕλη *&* τέλματα *nominat Galenus libro tertio de alimentis: in quibus degentes pisces prauam habere carnem asserit.*

ἐνίοτε ὁ δριμὺς, ἄχυμος,) *lege* εὔχυμος, *id est, boni succi, ut Rasarius quoq; uertit. Galenus lib. 7. Methodi, & alibi testatur asellos pisces esse boni succi, carnis mollis, non glutinosæ, minùs tamen friabiles quàm saxatiles sint, alioqui saxatilibus proximos, cõcoctu faciles: ut mireris quomodo, cum tales sint,* δυσδιοίκη

τῶι ἁ Xenocrate existimentur.

Σκόρπαιναι σκληρόσαρκοι, διαναιροῦσι σκευάς,) Scorpenæ duræ carnis propter succos sunt, & ob eã causam apparatu indigẽt, Rasarius. Locus apparet mendosus. Vuottonus nihil aliud ex hoc loco, quàm Scorpium duram habere carnem, saporis minimè ingrati. An pro διαναιροῦσι σκευᾶς, legendum διαφέρουσι δὲ (?) σκευασίαις? sed hoc suprà in genere monuit.

εὔστομοι πρὸς ἐκκρίσεις,) Rasarius uidetur legisse καὶ εὔστομοι καὶ εὐθετοι πρὸς ἐκκρίσεις. Vuottonus εὔστομοι tantùm reddidit. Athenæus facilè excerni testatur. uidẽtur quidẽ etiã εὔστομοι, propter callum carnis, unde & χονδρώδεις dicuntur.

Σκιαδεύς) Suprà nominantur ab eo σκιάδεις. à Galeno σκινίδες uel σκίαιναι dicuntur. ego non σκιαδεύς sed σκιαδεὺς legendum puto. ut βασιλεὺς, (sicut & Vuottonus legit,) & fortè suprà quoq; non σκιάδες, sed σκιαδεῖς. ---ὅτε δ' ἀγρόμενοι σκιαδῆα, Numenius.

οὐκ ἀγωγὸς τρόφιμος,) Rasarius legit, οὐκ

ἄγαν

ἄγαν τρόφιμος. uertit enim, non admodum nutriunt. & similiter Vuottonus.

πολλοῖς ἐγκάτοις) multa habet interiora, Rasarius. Vuottonus hæc & alia omisit. mihi suspectus est locus.

σκληρόσαρκος μὲν, οὐκ ἀτρύφερος δέ:) hoc est, ut ego uerto: carne quidem dura est, non tamen prorsus non tener. Non enim placet quod Rasarius legit, οὐκ ἄτροφος δὲ: uertit enim: sed tamē non est aliemnti expers. mox enim sequitur τροφώδης μέσως.

HACTENVS fragmentum nostrum pertingit. Poteram quidem & in ea quæ sequuntur ex Rasarij interpretatione Latina, cum Vuottoni præsertim uersione collata, nō nihil ānotare, sed malo hanc lampadē alij tradere, cui Græca integra ad manum sint.

FINIS.

